



4581

85  
45

abp. ecclia  
com. ecclia  
apb. ecclia  
abp. ecclia  
abp. ecclia  
abp. ecclia

cundis vespri  
e proceſſo et  
inice.  
artiniani marty.

orum eporum cē  
opī confe. fr. le  
mīc. dūm. min.  
mīc. mīc.

3. tom. Sal  
auti mar. tr.  
cofe. ix. lec.  
teimbet

too  
jewel /  
up. "app  
tive, cas

fe.v.  
fe.vj.  
bb.

16.  
sh. Some  
sh. Dan

E

Fratris Alfonsi à Castro  
Zamorensis , Ordinis Mino-  
rum , regularis obseruantiae in Psalmum ,  
Miserere mei Deus secundūm magnam  
misericordiam tuam , Homiliae vi-  
gintiquinque ad populum  
Salmanticensem  
habitæ .

Ricca  
L



S A L M A N T I C A E ,  
Excudebat Andreas à Portonarijs. S. Catho-  
licæ Maiestatis Typographus .

1 5 6 8.

C V M P R I V I L E G I O .

Esta tafelado en

el pliego :

# EL REY.



O R quanto por parte de vos Fray Juan Ramirez, Guardian del monesterio de S. Francisco de la ciudad de Salamáca, nos ha sido fecha relacion , que Fray Alonso de Castro ya defuncto nuestro predicator que auia compuesto dos libros llamados las Homelias sobre el Psalmo Beati quorum y Miserere mei Deus:los quales eran muy vtiles y prouechosos para todos los fieles Christianos,snpplicandonos vos dies semos licencia y facultad para los poder hazer imprimir y vender, y priuilegio para que por el tiempo que nuestra voluntad fuese ninguna persona los pudi esse imprimir ni véder so graues penas, o como la nuestra merced fuese. Lo qual visto por los del nuestro Consejo por quanto en los dichos libros se hizo la diligencia que la pragmatica por nos agora nueuaméte hecha dispone , fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razó, enos tuuimos lo por bien. Por qual damos licécia y facultad para que qualquier impressor destos nuestros Rey nos puedan imprimir e impriman los dichos libros, que de suso se haze mencion sin que por ello caygá,ni incurran en pena alguna , y para que por tiempo de seys años que corran y se cuenten desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante vos el dicho Fray Juan Ramirez, o la persona que vuestro poder ouiere e podays hazer imprimir y vender el dicho libro, y má damos que persona alguna sin vuestra licencia durante el dicho tiempo delos dichos seys años no le pueda imprimir ni véder, so pena de perder todos los libros que ouieren impresso, y mas de veinte mil marauedis para la nuestra camara, y mandamos que despues de impressos no se puedan vender ni vendá,sin que primero

mero se traygan al nuestro Consejo , juntamente con los originales que en el fuerō vistos, que van rubricados,y firmados al fin de Domingo de çauala nuestro escriuano de Camara de los que residen en el nuestro consejo,para que se vea si la dicha impression esta conforme a los originales,y se tasse el precio porq se ouiere de vender cada volumen,so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica y leyes destos nuestros Reynos.Y mandamos a los del nuestro Consejo Presidente y oydores delas nuestras audiencias alcaldes,alguaziles dela nuestra casa y corte y Chancillerias y a todos los corregidores Assistentes,gouernadores,alcaldes ordinarios, e otros juezes e justicias qualesquier de todas las ciudades,villas y lugares delos nuestros Reynos y señorios,y a cada vno e qualquier dellos,ansi a los que agora son , como a los que seran de aqui adelante,que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que ansi vos hazemos,y contra el tenor y forma della no vayan ni pasen,ni consientan yr ni passar por manera alguna , so pena dela nuestra merced,y de veinte mil maravedis para la nuestra camara.Dada en el Escorial a veinte y seys dias del mes de Octubre,de mil y quiniétos y seisenta y siete años:

**Y O E L R E Y.**

Por mandado desu Magestad.

**Pedro de  
Hoyo.**

**D**O N Phelippe por la gracia de  
Dios, Rey de Castilla, de Leon, de  
Aragon, de las dos Sicilias, de Ieru  
salem, de Nauarra, de Granada, de  
Toledo, de Valēcia, de Galicia, de Mallorcas  
de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corce  
ga, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Al  
gezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de  
las Indias islas e tierra firme del mar Oceano,  
Duque de Milan, Conde de Flandes y de Ti  
rol. &c. Por quanto por parte de vos An  
drea de Portorarijs, Impressor de libros nos  
fue hecha relacion, diziendo que vos queria  
des imprimir vn libro que otras veces auia si  
do impresso intitulado Castro sobre el Mise  
rere mei por auer falta del: el qual era de muy  
buena e saneta doctrina, e por que tan buena  
obra no se dexasse de communicar nos pedi  
stes e supplicastes vos mandassemos dar licen  
cia e facultad para le poder imprimir y vēder  
o como la nuestra merced fuese: lo qual vi  
sto por los del nuestro Consejo, y como en el  
dicho libro se hizo la diligencia que la prema  
tica por nos agora nueuamente fecha dispo  
ne, fue acordado que deuiamos mandar dar  
esta nuestra carta para vos en la dicha ra  
zon, e nostouimos lo por bien: por la qual  
vos damos licēcia e facultad para que podays  
imprimir el dicho libro que desuso se haze  
mencion sin que por ello cayays ni incurrys  
en pe-

en pena alguna, y mandamos que despues de  
impresso no se pueda vender ni veda, sin que  
primero se tray a al nuestro consejo juntame-  
te con el original, que en el fue visto que va ru-  
bricado e firmado al fin de Juan Fernandez de  
**Herrera** nuestro escriuano de camara de los  
que residen en el nuestro Consejo, para que  
se vea si la dicha impression esta conforme al  
original, y se os delicencia para le poder ven-  
der, cõ que se tasse ante todas cosas en el nue-  
stro Consejo el precio porque se ouiere de ve-  
der cada volumen, so pena de caer e incurrir  
en las penas contenidas en la dicha premati-  
ca y leyes de nuestros reyos. Dada en Ma-  
drid a vnyte dias del mes de Hebrero, de mil  
e quinientos y sesenta y seys años.

**El Licenciado Die El Licenciado El Doctor**  
**go de Espinosa. Menchaca. Velasco.**

**El Licenciado Pe- El Doctor Suarez**  
**dro Gasco. de Toledo.**

**El Licenciado Fuen Mayor.**

Yo Juan Fernandez de Herrera Escruano  
de camara de su Magestad la fiz escriuir por  
sumadado, y cõ acuerdo delos del su consejo.

EPISTOLA *nuncupatoria*  
SERENISSIMO  
ET ILLVSTRISSIMO  
Ioanni tertio Portugalliae & Algarbio-  
rum regi, Inclyto domino Guineę &  
cætera, Frater Alfonsus à Ca-  
stro Zamorensis, Ordii-  
nis minorum.  
S.P.D.

**D**icitur comediarū scriptores, serenis-  
sime, atq; iniquissime Rex, vt po-  
pulo mores suos, qui nimiū varij  
sunt, ostenderet: consueuerū fabu-  
lam aliquā effingere, in qua varijs diuersisq;  
induetis personis, sub earum nomine varios  
populi status, variosq; eorū mores graphicè  
describere sic conati sunt, vt magis rē gestā vi-  
dere, quā fabulam audire sibi quisq; persuade-  
ret: sicq; fieret, vt sua quisq; vitia, quæ priū sig-  
norabat, audiēs agnosceret. Hlic videbis pare-  
tū obiurgationes nimiū austeras, filiorū perti-  
nacissimas inobediētias, fratrū discordias irre-  
cōciliabiles, dominorū seueritates, seruorū fal-  
lacias, Regū imperiosa mādata, populi quere-  
las, muliercularū heu nimiū sœuas blanditias,  
iūuenū effrænatas adhesiones, &c cætera id ge-  
nus multa. Res quidē hæc vtilis, si illa fabula  
audita, populus inde aliquā venaretur vtilita-  
tē, sua quisq;, quibus affectus erat vitia corri-  
gens

gens. Rarò tamen populus per huiusmodi fabulas emendatus est: immò potius cōtrà, his auditis, ad vitia quæ fortè non nouerāt, pellicie bantur: quoniam Poetæ nō huc demum tendebant ut emendarent, sed cùm primū animos ad scribendum appulere, id sibi negotijs decreuerunt solūm dari, populo ut placerent quas fecissent fabulas. Quapropter non tantum anxij fuerāt, vt lachrymas extorquerēt, & audientium animos ad pœnitētiā flecterent: quā vt risum excitarent, & populo blan dirētur. Quo fit, vt prophetarū scripta etiam si oracula diuina nō essent, & Deo autore nō fuissent edita, tanto maiore interuallo omniū Poetarum comoedias antecurrant, quantò magis ad salutem animæ omnibus pro desse noscūtur. Nihil enim mihi prodest regem impriosum incueri, cùm ego nec rex sum, nec possum esse. Nulla est mihi utilitas, cū audio patrem seuerè obiurgantem, & filium irreuerenter: si nec filium habeo, quem cum modestia instituam, nec patrem, cui omni qua decet reverētia obediam. Nihil deniq; mihi prodesse pot, si ea, quibus infectus sum, aut infici possum vitia quā bellissimè depicta quisquā mihi ob oculos ponat, nisi etiam reprehēdat: & (quod vix unquam poetam facere contigit) euidenti ratione mala esse persuadeat, vt ab illis auocer & deterrear, præsertim cùm om-

## E P I S T O L A V

nes à natura simus ad vitia propensiōres, quā  
ad virtutes. At ex prophetarū scriptis, nullus  
est qui pfectū maximū (modò velit) capere  
nō possit: siue iustus ille sit, siue peccator. Nā  
peccatores ad pœnitētiam præmijs aliquā alli  
ciūt: minis aliquā vrgent, iustos in virtute robo  
rāt, & vt ad meliora se extēdāt, sic hortātur, vt  
cogere videantur. Quod si hoc in omniū pro  
phetarū libris inuenire licet, multò magis in  
psalmis Dauidis prophetarū omniū eximij.  
Qm̄ ille suauius allicit, durius terret, vehemē  
tius vrget, violēti⁹ trahit, clemētius subleuat,  
validius cōfirmat & stabilit, fortius deiicit, om  
nia deniq; ad virtutē & pietatē spectantia me  
litū agit. Ex oībus autē, quos ille cōdidit Psal  
mos, hic vnuis, videlicet, quinquagesimus, me  
ritorū virtute, omniū maximus est: qm̄ omni  
bus siue iustis siue peccatoribus in eo solo p-  
spexit; iustos in posterū cautiōres faciēs, vt cū  
stare se putāt, videāt ne cadāt, peccatores autē  
subleuās: ne videlicet ob quātacūq; facinora,  
de diuina misericordia diffidentes, animū suū  
deiicīt. Ut aut̄ hoc melius efficeret, nō effin  
git fabellā aliquā, non induit alienā psonā: sed  
semetipsum in spectaculum omnibus propo  
nit: præcipue tñ Regi, qm̄ ille tanquam totius  
populi caput in reliqua illius mēbra influit, et  
ab illo toti⁹ fermē populi salus pēdet. Propter  
qd̄ ego meritò censerē malē illos de rege sen  
sisse,

sisse, maleq; regis valorē & virtutē trutinaſſe,  
qui Dauidē regem cēſuerunt pro decē milli-  
bus cōputandum: quoniā Rex pro tota repu-  
blica, cuius eſt caput (vt ego æſtimō) cōputā  
dus venit. Nam illius iudicio respubliſa regi-  
tur: ex illius arbitrio leges populi pendent,  
illius exemplo populus ſibi mores deſumit.

*Scilicet in vulgus manant exempla regentum,*

*Vtq; ducunt lituos ſic mores caſtra ſequuntur.*

Claudia

nus.

Quò fit, vt quisquis regē bene instituerit, is to-  
ti reipublice pfuiſſe dicatur. Quemad modū  
qui oculo medetur, omnib⁹ mēbris, pro qui-  
bus ille circūſpicit, proſpexiſſe meritō iudica-  
biſ. Ita ſi quis principiſ malos mores correxe-  
ri, is quodā modo publicitus philoſophari, &  
totā rēpublicā, pro qua regē ſapere atq; ſolici-  
tū eſſe oportet, correxiſſe cēſebitur. Verū &  
ſi de tota rēpublica bene mereri illū conſter,  
qui principē aut docendo, aut ſuadendo red-  
dit bonum: ſunt tñ principes ipſi fermē oēs na-  
tura morosi & intraſtabiles: quæ res optimū  
quēq; virum à principibus adhortandis ſepe  
auocat, & deterret. Quis eſt enim qui traſta-  
re cōtendat id, quod traſtari recuſet? Si in pec-  
catum aliquod reges labūtur, à neomine corri-  
piſuſtinent: nullā medicantis manū, etiā cū  
vulnerati fuerint, admittunt. Putant quidem  
bonā imperij ſui portionē deperiturā, ſi aut  
doctore aut monitorē admittant, qui eos vir-

## EPISTOLA VI

tutibus inseruire suadeat. Et ob hāc causam,  
monitorē quemq; tanquā imperij inuasore  
reformidat: quoniā probro futurū cēsent, eū,  
qui oībus præest, alicuius aut iudicio aut ar-  
bitrio subesse. Lōgē tamē aliū fuisse regis Da-  
uidis geniū præsentis psalmi historia testatur.  
Hic enim cū fuisse a ppheta Nathā de adul-  
terio & homicidio reprehensus, nō succēsunt  
prophetæ, nō excusauit culpā, non recusauit  
pœnā: sed culpam humiliter agnoscens, pro-  
phetē correptionē patientissimē tulit. In hoc  
igitur psalmo cūm Dauid rex omnibus con-  
sulat, præcipue tamen regibus: vt si ab alio  
quouis homine modestiā & correptionis to-  
lerantiam discere reformatum, à rege saltē di-  
scere non vereantur. Hæc igitur præcipua cau-  
sa fuit, propter quātibi serenissime & inui-  
etissime princeps hanc quinquagesimi psal-  
mi qualēcunq; expositionē dedicadā cēsui,  
vt regiū tibi præberē exēplar qđ citra d̄dec⁹ &c  
ignominiā, imō magna cū gloria & laude imi-  
tari possis. Nec qui lquā alius erat, cui illa iu-  
stiūs nūcū pari poterat, q̄ tibi: qm̄ nullus alius  
est (absit precor oīs adulationis suspicio) qui  
verius eximias Dauidis virtutes emuleſt, quā  
tu. Ille enim nō nisi cōtra incircisos & po-  
puli Dei inimicos bellum mouit. Tu, etiā oc-  
casione vt aliter faceres oblata, nūquā nisi ad  
uersus christianæ religionis hostes bellum  
huc

Huc usq; gesisti. Ille septies in die laudes Deo dicebat. Tu non solum laudes Deo septies in die reddis: sed alios, ut id faciant, tuo exemplo sic hortaris, ut basilica tua, magis dei templum, quam regale palatum censeatur: quoniam (ut audio) adeo celebres laudes intra basilicam tuam quotidie & statim horis Deo persoluuntur, ac in templis Deo dicatis. Ille prophetas dei maximè venerabatur. Tu omnibus doctis viris, presertim theologis (nam prater hos, nulli alios hodie prophetas habemus) benevolentiam & fauorem praestas. Nec faues modò, quemadmodum plerisque principum mons est, qui satis superque se fecisse autumant, si laudantes, & se bene optare dicentes, nondum quandam & sterilem ostenderint benevolentiam: sed, quæ tua est magnificentia, magnis officiis munieribas, ut vel aliqua mercedis pro aliis ad literarum studia allicerere (ne dicam) vrgere valeas. Huius rei testis est Parisiorum academia, quæ tam multos tuis stipendio quotannis alit. Et haec tua singularis in viros doctos benevolentia, multos animos animuit, ut tibi sua opera nūcuparet: quā (ut est in proverbio) boni nō nisi ad bonorum coniunctione accedunt. Hos ego imitatus, & si indecorum indoctissim⁹, tibi hoc opusculum nūcupare decreui: ut quā se tueri nō valet, tui saltē nimis umbra protegat. Tu ergo pro tua regia be-

# HOMILIA PRIMA.

neuolentia illud suscipes: quod si tibi nō displicuisse cognouero, fiet, ut fauēte Deo, & benevolētia tua vrgēte, coner aliquid maius & melius tibi olim offerre. Vale.

Ex cœnobio Salmanticensi fratrum minorū, quarto Idus Iulij. Anno domini trigesimo septimo supra millesimum quingentesimum,

## ¶ TITVLVS PSA L. MI. L.

IN finem: psalmus David cū venit ad eum Nathā propheta: quando intravit ad Bethsabeę,

*Homilia prima.*

**M**NI orationi & declamationi, necnon etiam epist. læ, quæ alicuius est momenti, eruditī viri, qui rūdibus & parum intelligentibus cōsulere voluerunt, argumētū aliquod præfige recurarūt, quod velut quedā lux obscuro ali cui ædificio superfusa, omnes illius angulos percurrentes, tenebras vndiq; pelleret: vt re, de qua sequens differit oratio aut epistola, breui cōpendio descripta, status orationis sit legentibus apertior. Hoc enim in oībus beati Pauli, & in alijs cæterorū apostolorum catholicis episto-

epistolis, à quodam viro docto , quisquis ille  
fuit, factū esse scimus. Nam his omnibus argu-  
mēta p̄fixa sunt, quæ breui cōpēdīo, totius  
epistolæ statū indicat. Ad hunc modū in om-  
nibus psalmis, qui ob aliquā rem gestā cōditi  
sunt, pr̄figūtur tituli: qui rē ipsam innuunt.  
& quasi indice produnt. Quod enim argumē-  
tū orationi, aut epistolæ: hoc titulus p̄stat  
psalmo. Huius ergo psalmi quinquagesimi ti-  
tulus, cūm historiā aliquā innuat, à qua totius  
psalmi intellectus p̄det: opus est, vt cā ob o-  
culos ponan⁹, & reliquas deinde tituli partes  
interpretetur: quibus declaratis, via erit ad  
psalmi intellectū aperta. Historia autē, cui⁹ ti-  
tulus meminit, ita habet. Dauid filius Iesse, de  
tribu Iuda, omniū fratrū suorū minitus: cū  
oues patris sui quotidianus pasceret, talis sem-  
per vixit, vt propter eximias eius virtutes di-  
gnus inuentus fuerit, qui à propheta Samuele  
ex Dei mādato in regem vngeretur. Deinde  
propter illustrē illā victoriā, quā habuit de-  
gigāte illo, nō minus superbia quām mēbris  
corporis maximo, qui toti Israeli exprobra-  
bat, ad singulare certamē fortissimū quēque  
prouocās, in aulā regis Saulis ascitus est, & ge-  
ner regis effectus. Post hēc multis in bello for-  
tibus factis, multorū facinorū fama claresce-  
re in populo ceperit, & ab eo p̄s regis successore  
habitus est. Quæ res, nō paruā inuidiā ipsi Da-  
uid

# H O M I L I A

uid apud regē excitauit: ita, vt sepe ab ipso rege fuerit quæsus ad mortē. Verūm Deus, qui Dauid in regē elegerat, semper Saulis cōsilii frustrauit: vt Dauid in columnis seruaretur: qui prolē, de cui⁹ stirpe Christus seruator noster nasceretur, procreaturus erat. Deus siquidē humani generis redēptionē iā tūc moliebatur. Demū Saule rege, eiusq; filio Ionatha à Philistēis in bello interfectis, Dauid regni gubernacula suscepit. Quia in re, multas, easque maximas ostēdit virtutes: omnibus sibi subditis æquè prospiciens, recto semper iudicio, & nūquā affectu, regnū administrās: ppter qđ deus illius regnū magna ex parte auxit, & stabiliuit, hostib; illius videlicet Philistēis vndique fugatis. Verū, vt sunt hominū ingenia sē per ad malū prona, atq; ideo in quo quis opere virtutis parū firma, factū est, vt à virtutis arce postmodū p̄ceps in vitia maxima rueret. Cōtigit eīm, vt ipso domi manente, Ioab pro eo exercitui imperaret: qui tunc Rabba oppidū obsidebat. Quo tēpore cū ipse ocio indulgeret, & rōnis habenas paululū remitteret: deā bulās in solario dom⁹ suæ, vidi tōp̄ opinatō mulierē quādā pulchriā nimis, Bethsabee noīatā: quā cū placuisset oculis eius, accersiri iubet: ac cersitamq; cōpressit. Rex deinde certior factus illā grauidā esse factā: cernens illi periculum grande imminere à viro, qui tunc pro re  
gīe

gis victoria & fama fideliter in castris militabat: scribit ad Ioab bellum præfectum, ut Vriā (hoc enim erat nomen marito Bethsabee) ad se mitteret, qui de bello nunciaret. Venit Vrias. Deinde à rege de rebus belli interrogatus, sinitur à rege in domum abire, hoc fine, ut coiens noctu cum uxore, posset adulterium occultari, & cōceptus & partus Vriæ ascribi. At Vrias, noluit ire domū, etiam a rege rogatus: quoniam indignum dicebat se domi cubare, & cum uxore sua deliciari, arca domini existente sub papilionibus, & toto exercitu simul cum duce Ioab super faciem terræ manente. Videlis autem rex, quod adhortans & rogans nihil proficeret, aliud maius decreuit committere crimen, ut adulterium occultaret. Artem excogitat, qua Vriam securus occidat. Literas per eundem Vriam ad Ioab bellum ducem mandat: scribens, ut Vriam in bello constituant in loco minustuto, vbi vehementior & fortior esset hostiū impetus, atq; illic auxilio suorum destitueretur: & sic percussus, interiret. Factum est ita ut rex per epistolam imperauit: & Vrias in bello occiditur. Quod cum audisset Dauid, Bethsabee Vriæ uxorem accersit, & in domum suam introducit, accipiens eam in uxorem. O crudele facinus! O detestandam ingratitudinem! Nō fuit satis esse adulterium, nisi etiam adulterium homicidio

## HOMILIA

micio confirmaret. Quid non facies cæca  
libido, quę innocentē occidere non dubitas?  
Nōne cognoscis Dauid, quòd magis dignus  
est Vrias, qui à te præmio donetur, quām qui  
morte plectatur? Mollire certè cor tuum de-  
buisset Vriæ fidelitas, simplicitas, cōfidentia,  
& zelus adeò feruidus, vt domi cubare nollet,  
eo quòd arca domini maneret in papilioni-  
bus. Quid in Vria iuuenis Dauid quòd il-  
lum morti trādas? Est ne crimen, nolle domi  
sux cubare, & à propria vxore ob dei reue-  
rentiam abstinere? Est fortè peccatum: non  
coire cum vxore: vt adulterium tuum occul-  
tetur? Mortem quam tu ipse merebaris, infers  
innocēti, & de te benemerito. Ille zelo Dei fer-  
uet: tu cæca & dīra libidine ardes. Ille à pro-  
pria vxore abstinet: tu alienam quæris. Ille  
contra hostes tuos pugnat: tu contra militem  
tibi fidelissimum & benemeritum dimicas.  
O diram libidinem! O execrandum impudi-  
ci amoris furorē, qui benemeritos punis usq;  
ad mortem: seruos fidelissimos tractas vt ho-  
stes! Verūm iustus Deus non ferens atrocissi-  
mū crimen, misit ad Dauid Nathan prophe-  
tā, qui illi dei nomine minaretur, vltionem cē-  
nuncians à domesticis stupris, à filiorū mor-  
te, ab intestinis & plusquam ciuilibus bellis.  
Quo auditō, tactus est Dauid dolore cor-  
dis intrinsecus: & cogitans unde, & quòd de-  
iectus,

iectus esset : à quo virtutis culmine in quæ &  
 quanta vitia prolapsus esset , prorupit in la-  
 chrymas: & peccatum suū agnoscens , ad Dei  
 misericordiam se vertit : illam per hunc salu-  
 tarem psalmum implorans: ut precibus & ge-  
 mitibus: peccati expiationem & pristinę gra-  
 tię & restitutionem impetrare valeret . Verum  
 hic admonere oportet: ut nullus quālibet iu-  
 stus securus viuat , sed semper cadere metuat .  
 Quoniam Dauid , qui ob eximias suas vittu-  
 tes in regē à Deo eligitur: & propheticæ mu-  
 nere donatur : qui Saulem hostem: à quo ad  
 mortem querebatur cum occidere potuisse et  
 non interfecit : sed pepercit: & tamen idē qui  
 tunc hosti pepercit , postea innocentem & qui-  
 dem de se benemerito , non parcit . Admone-  
 tur etiam peccator: ut propter quæcunq; see-  
 lera à se commissa: nunquam despō deat ani-  
 mum: nūquam de Dei misericordia diffidat:  
 quoniam ecce Dauid peccauit: nec tamen le-  
 uiter , sed pœnitentiam agens: misericordiam:  
 quam petijt & in qua sperauit: cōsecutus est.  
 Ad hoc enim scriptura sacra talium virorum  
 peccata cōmeniorat : ut nos alienis periculis  
 cautos efficiat . Ad hoc etiam eorum pœnitē-  
 tiam & veniam narrat: ut illorum exēplo nos  
 doceat : nunquam de misericordia Dei diffi-  
 dendum . De statu ergo suo Dauid cadente

## H. O M I L I A

nemo superbiat: de lapsu etiam suo, Dauid cadente, nemo desperet. Admirabili ergo dispensatione scriptura sacra eodem facto superbos deiicit, quo deiectos subleuat. Vna siquidem rem gestam narravit: & diuerso modo superbos ad humilitatem, & deiectos ad specifiduciam reuocauit. O inestimable nouigenaris medicamentum, quod premendo tumetia exiccat: & subleuando arentia humectat. De maiorum nos lapsu terruit: sed de reparatione roborauit. Sic quippe semper nos divina misericordia & superbientes reprimit: & ne ad desperationem corrugamus fulcit. Quia igitur omnes ex hoc Psalmo studiuntur, iusti ad cautelam, peccatores vero ad spem & fiduciam: hinc est quod tituli initium est: In finem: quia videlicet non pro se solo Dauid hunc Psalmum cōposuit: sed omnibus in posterum usque ad mundi finem futuris in hoc prospexit. Nam quotienscumque Psalmus aliquis inscribitur, In finem: aut de Christo intelligendus est, qui finis est legis ad iustitiam.

Ro. io. omni credenti aut de nobis ipsis in quos fines  
1. Co. 10 seculorum deuenient: aut de ecclesia & membris eius, quae usque ad finem seculi duratura est. Huc igitur Psalmum de Dauid & de alijs peccatoribus, qui usque ad finem saeculi non deficiunt, nunc interpretandum suscipimus.

Sed

Sed quòd Psalmus iste apud Latinos, & Græcos statu semper, & immobili ordine quinquagesimus sit, nō vacat mysterio: præsertim si consideremus, quod iuxta temporis ordinem, locus hic illi non cōueniebat. Nam si historię ordinem attingendimus, multò prior esse debuerat quām tertius, & quām septimus: ut ex eorum inscriptionibus facile est colligere. Titulus enim tertij Psalmi sic habet. Psalmus Dauid, cùm fugeret à facie Absalon filij sui. Constat autem priùs Dauidem fuisse à Prophetā Nathan de adulterio, & homicidio reprehensum, quām insurgeret contra illū Absalon filius eius, ut illum regno & vita priuaret. Historia etiam, quam titulus septimi Psalmi indicat, inter ipsos Absalonis aduersus patrem rabidos furores cōnigit. Posteriora ergo cùm sint hæc, quām ea quæ Psalmi quinquagesimi titulus indicat, colligitur, ut non iuxta rationem ætatis suæ, Psalmus hic quinquagesimo sit ordine locatus. Reliquum est ergo, ut iuxta mysticam aliquam significationem factum esse credamus. Eam obsecro nunc audite. Psalmus iste, ut omnibus apertissimum est, ad diuinam misericordiam implorādam, & remissionem peccatorum obtinendā compositus est. At quinquagesimus numerus remissioni peccatorū multis rationibus est con-

## H O M I L I A

Exo.19 secratus. Nam lex quinquagesimo die ab exi-  
tu ab AEgypto data est. A profecione si-  
quidem filiorū Israel ex AEgypto, quadrage-  
simō & octauo die per Moysen ab iui  
tutur, yerbido purificati tertia die parati essent  
ad legē accipiēdam. Quæ ablutio nihil aliud  
significat, quām remissionem factā in quin-  
quagesimo die, ut purificati legem acciperēt.  
Iuxta quam præteritis dimissis, opera quæ in  
posterum facerent, examinaretur. Quinqua-  
gesimum etiam annum, præcepit Deus voca-

Leu.25. ri remissionem, sic enim ait. Sanctificabis an-  
num quinquagesimum, & vocabis remissio-  
nem cunctis habitatoribus terræ tuæ. Ipse est  
enim iubilæus. Quibus verbis aperte latis o-  
stendit, quod à remissione iubilæus dicatur.  
Nam cùm dixerat, vocabis remissionem cun-  
ctis habitatoribus terræ tuæ, ut causam huius  
appellationis exprimeret, continuò subiun-  
xit, dicens. Ipse est enim iubilæus. Quis alias  
yerior & melior iubilæus quām vera poenitentia? Per hanc enim omnia peccata condo-  
nantur. Per hanc omne debitum remittitur,  
non solum vni aut alteri, sed cunctis habita-  
toribus terræ. Iubilæus anno quinquagesimo  
celebrabatur, & remissio peccatorum per in-  
fusionem gratiæ spiritualis habetur. Septena-  
rio, etenim numero gratia septiformis spiri-  
tus de-

tus designatur. Septem autem si ducas per se ptem, sicut quadraginta & nouem, quem numerum annorum continuo sequitur quinquagesimus annus qui iubilaeus dicitur, qui a infusione gratiae spiritus sancti, peccata omnia delentur. Ut autem quæ diximus pleniū firmemus, videamus quām rectē cetera omnia quæ in iubilao fiebant, cōgruant pœnitentiæ, vt meritò dixisse cēseamur, verum iubilæum esse pœnitētiam. In anno iubilæi, terra non serebatur, neq; illa quæ sponte terra proferebat: colligi permittebantur. Populus vacabat conuiuis: clangebat tubis. Seruus Hebræus manum itebatur. Omnis possessio reuertebatur ad dominum suum. Terra non seritur: quando caro nostra à cibis & potibus, quibus antea indulgebat, abstinet. Caro enim Gen. 3. nostra, propter peccatum hanc suscepit maledictionem: vt cùm coluerimus eam, spinas & tribulos germinet nobis. Serimus hanc terram, quādo in stomachum cibos traiicimus. Rigamus illam, cùm infundimus potū. Mollimus terram, cùm corpus nostrum blandis & delicatis vestibus tegimus. Terra autem sic exulta, spinas & tribulos germinat. Et caro nostra delicate nutrita, tentationes acutissimas ex se producit, quæ animam perforant. Quinquagesimo anno terra non seritur, quo

# HOMILIA

niam qui verè pœnitet, ieiunijs carnem suam  
macerat, ne ad similia peccata animam iterū  
impellat. Quæ terra, hoc est caro nostra, spō-  
te profert, nihilo meliora sunt, & ideo nutri-  
quam colligenda ab illo, qui verè pœnitet.

**Geñ. 8.** Sensus enim, & cogitatio, & notus carnis si-  
bi relictæ, semper in malum sunt. Populus  
conuiuijs vacat: quoniam intellectus & volū-  
tas alternis se inuitant. Nam intellectus agno-  
scens peccati turpitudinem, inuitat voluntatem  
ad odium. Nullus est enim, qui peccati  
foeditatem agnoscens, nō resiliat à malo. Vo-  
luntas iterum cùm peccatum oderit, intellectum  
illuminat, ut clariùs peccati malitiam  
agnoscat. Ex cognitiōe enim angetur amor,  
& ex amore cognitio, quemadmodum ex lu-  
ce procedit calor, & ex calore lux. In iubilæo  
iubetur populo, ut tubis clangat mense septi-  
mo, Clango! isle, non est adhortantium ad  
pugnam, neq; vociferatio compellentium ad  
fogam, sed vox lætantium erit, consumma-  
tum designans victoriam. Septimus mensis,  
gratiam designat Spiritus sancti. Clangunt  
ergo buccina mense septimo, quia non carna-  
liter, sed spiritualiter lætatur, qui pœnitet.  
Dolet enim, quia peccauit: lætatur, q; a se pec-  
casse pœnituit. Dolet, quia vitijs olim succu-  
buit: lætatur, quia postea eadem per pœnitē-  
tiā

tiā deuicit. De peccato igitur dolet, de pœnitentia verò lētatur. Cur autem non lētabitur ipse peccator de sua pœnitētia, cùm in Luc. 15. cælo fiat gaudium magnum super ipsomet pœnitentiam agente? Si enim angeli lētantur de profectu alieno, cur non lētabitur pœnitens de suo? Clangit ergo tubis propter illum, quām de vitijs, quibus ante cesserat, habuit victoriam. In iubilæo possessio omnis ante distracta ad dominum suum reuertitur. Possessio nostra est illa felicitas, ad quam cōditi à Deo sumus. Nam & patria nostra dicta est. Ipsa est enim possessio: à qua prius patens noster electus est. Ad hanc possessionē reuertuntur omnes, qui in melius mutauerūt mentem suam. Agite pœnitentiam, inquit Matth. Christus saluator noster, & appropinquabit regnum cælorum. Possessio etiam nostra est quodvis bonum opus, quo vitam illam aeternam promereri possumus. Reliqua autem omnia, nostra dicenda non sunt, eo quod illa quocunq; libuerit, nobiscum ferre nō possimus. Opera autem bona, quoniam nunquā nos deserunt, sed ex hac vita migrantes semper nos sequuntur & comitantur, meritò possessionem nostram dicere possumus. Verum hac possessio, per peccatum amittitur, imo pro peccati momentanea delectatione com-

# H O M I L I A

- Eze. 18. mutatur. Si enim iustus auerterit se à iustitia sua, ait dominus Deus, & fecerit iniquitatem omnes iustitiae eius quas fecerat, non recordabuntur. Ecce vides possessionem distractam. Audi & vide quo pacto per pœnitentiam, omnis hæc possessio ad dominum suum reverteri.
- Ioel. 2. Reddam, inquit dominus, vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca. Ecce à quam minutis animalibus, tota nostra possessio consumpta est, omnes nostrorum operum fructus depasti. Dominus autem promittit si pœnituerimus se reddituru nobis omnes fructus quos illa comedenterunt. Per hæc quatuor animalia, beatus Hieronymus interpretatur quatuor animi perturbations, à quibus omnes animalium utiles fructus deuorantur. Duæ præsentes, videlicet, laetitia & tristitia sibi contrariae. Duæ future, contra se inuicem pugnantes, spes scilicet, & metus. His quatuor passionibus, quasi quatuor rotis, omnis nostra vita decursus volvitur. Aut enim tristes sumus & mœrore consimili; aut ecōtra gaudemus, gestimusq; laetitia, & bona nostra moderanter ferre non possumus: vir autem iustus & fortis, nec aduersis dejicitur nec prosperis sublenatur, sed ubiq; modum tenet. Sunt aliae, quæ ex futuris comitouerunt, metus scilicet & spes, aut enim aduersa time-

sa timemus, aut prospera præstolamur. Hæc  
 dum supra modum nos exultare faciunt: & il-  
 la plusquam decet nostimidos reddunt, no-  
 stræ mentis statum euertunt. Possimus etiā  
 hoc aliter interpretari, ita, ut per hæc qua-  
 tuor minuta animalia, quatuor vitia signifi-  
 centur: quæ totum mundum deuastant. Eru-  
 ca toto corpore repens luxuriam designat.  
 Locusta superbiam figurat, quoniam locu-  
 sta pedibus ambulare nescit, & cum alas non  
 habeat, volare nütitur, quapropter inanes sal-  
 tus facit, ut vel sic volare ab alijs quamlibet  
 deceptis credatur. Tanta est locustarum im-  
 pudēs ambitio. Tales nimirum sunt superbij,  
 qui cùm virtutes non habeant quæ illos in al-  
 tum sublevent, nituntur tamen ambulare in  
 magnis, & in mirabilibus super se. Ambiunt ps. 130.  
 primas cathedras, & cupiunt ab omnibus vo Mat. 23.  
 cari Rabbi. Gulam bruchus significat, quo-  
 niam animal hoc cùm sit minutum, magnæ  
 voracitatis esse cognoscitur, quod venter illius  
 satis aperte indicat. Cùm n. paruo sit cor-  
 pore, ventrem habet adeo magnum, ut nihil  
 aliud præter ventrem in suo corpore illū ha-  
 bere censeas. Sic etiam illi quorum Deus ven Phili. 3.  
 ter est, tantum gulae impendunt & seruit: ut  
 nihil aliud curat, nihil aliud cogitat. A Erugo de  
 niq; auaritiam deuotatique vel ex eo inade-  
 quum

# H O M I L I A

ri potest, quod ærugo ipsis insidet metallis, il  
laq; depascit. Avaritia autem in rebus illis to  
ta versatur, quas ærugo & tinea demolitur.  
Quatuor itaque hæc animalia, omnes terræ  
fructus comedunt, & quatuor præfata vitia  
omnes bonorum operum fruges rodunt. Si  
quis tamen male actorum poenituerit, om  
nia bona, quæ ab istis peccatis fuerunt con  
sumpta, per poenitentiam recuperabit: iuxta

**Ioel. 2.** promissionem Dei dicentis. Reddam vobis  
annos, quos comedit locusta, bruchus, rubi  
go, & eruca. Et hoc est quod de iubilæi virtu  
te sub alijs verbis diximus, omnem videlicet  
possessionem, quæ ante iubilæum distracta  
fuerat, in iubilæo ad dominum suum reuer  
ti. Et hoc idem in poenitentia contingit: quo  
niam bona omnia, quæ per peccatum amisi  
mus, vera postmodum succedente poeniten  
tia, recuperabimus. Ecce ergo quām sint simi  
lia iubilæus, & poenitētia: propter quod vñū,  
nomine alterius, meritò significari pōt. Cūm  
ergo quinquagesimus annus fuerit à Deo re  
missioni consecratus, oportuit, vt Psalmus  
iste, qui ad remissionem à Deo implorādam  
compositus erat, quinquagesimo etiam loca  
retur ordine: vt tales haberet sedem, qualē  
conditio sua requirebat. Nam gestorum or  
dini, vt diximus, Psalmorum ordo non con  
sentit:

sentit: quia non tam ordinem ordini, quam mysterium ordinis gestis voluit conuenire: & ita Psalmus iste quinquagesimum obtinuit locum, ut Psalmus remissionis, numerum remissionis haberet. Si ergo aliquis ad verum iubilatum peruectus est, hunc salutarem Psalmum corde magis quam ore dicat, & tunc verum iubilatum faciet, deo gratias agere pro reddita sibi suorum peccatorum venia: omnem, quam perdiderat possessionem recuperabit: quia pristinæ gratiæ restituetur, & gloriam tandem possidebit æternam, quam nobis præstare dignetur Iesus Christus filius Dei: qui cum patre & spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

## Homilia secunda.

*Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.*

**S**ecundum. Olent, qui acerbissimo dolore sic affliguntur, ut nullæ iam ad illum tolerandum suppetant vires, malorum, quæ sustinent, enarrationem prætereūtes, ad solum auxilium implorandum se conuertere, ne forte ea ipsa malorum suorum enarratio auxiliij moram trahens: illum

illum diutiū in doloris tolerantia persistere cogat. Sic mihi nunc Dauid fecisse videtur; qui postquam à peccati lethargo per vocem Nathan Prophetæ fuit suscitatus, intolerabilēm vulnerum dolorētunc sentire incipiens, quem antea somno impeditus sentire non poterat: continuò nulla malorum quæ sustinebat facta mentione, diuinam implorauit misericordiam dicens. Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam. Verum & si mala quæ sustinet enarrare omisit: satis tamen aperte ipsa sua petitione illa esse magna indicauit. Nam qui misericordiā petit: miseriam se habere fatetur: quoniam misericordia solis miseris est necessaria. Nullus est enim adeò demens, ut felicium & beatorum misereatur. Si quis non patitur, qui fieri potest ut aliquis ei compatiatur? Tolle famē, & non est cui porrigas panem. Tolle sitim, & non est cui exhibeas potum. Tolle nuditatem, & non est cui miserearis cooperiens illū. Tolle deniq; onihem miseriam & nō erit cui præstes misericordiam: sicut sublati coloribus & luce non erit quid hic corporeus oculus intueri possit. Quia ergo misericordia circa solam miseriam versatur, cōsequens est, ut qui misericordiam petit, nisi demens ille sit, miseriā se habere cognoscat. Dauid ergo qui multi

magnum

magnam implorat misericordiam: magnam  
miseriam se habere facetur. Quapropter Da-  
uidis & cæterorum omnium peccatorū mise-  
riam nunc prius prodere oportet: vt pateat  
omnibus quām sit illis necessaria diuina mi-  
sericordia. Nam pauperes eleemosynam pe-  
tentibus vilissimas induunt uestes: easq; partes  
corporis denudant: quæ vulnere aliquo sunt  
affectæ: vt sic facilius diuitū animos ad misé-  
ricordiā flectere valeant. Ad hunc modū ego  
nunc faciendū censeo, vt s. magnā peccatoris  
miseriam ostendamus, quō magis pateat illū  
diuina egere misericordia, & quāta cum ratio-  
ne David, qui se olim peccasse iam cognoscit,  
eam nūc imploret. Quanta sit peccatoris  
miseria, Deus apertissimè expressit: cū pec-  
catoricuidā, qui se diuitem, & nullius egentē  
iactabat, dixit. Nescis quia miser es, & misera  
bilis, pauper, cæcus, & nudus. Quibus verbis  
triplicem peccatoris miseriam expressit. Pau-  
pertatem scilicet, cæcitatem, & nuditatē: quas  
omnes sigillatim explicare oportet. Pauper-  
tatem quidein vel potius inopiam miseriam  
dixit iuxta mundi opinionem: qui beatum  
dicit populum, cui diuitiæ affluunt. Pauper-  
tas contemptibiles homines reddit. Pauper-  
tas risui homines exponit: & hāc extremam  
esse miseriam censuit ille, qui dixit.

# HOMILIA

Iuuena lis. Sat. 3 *Nil habet infelix paupertas durius in se,  
Quām quōd ridiculos homines facit.*

Paupertas (quod omnium grauissimum est) ad multa vitia sēpissimē cogit. Multūm deniq; miserabilem esse pauperis cōditionem, vel ex eo constare potest: quōd quocunque se vertat, miseriā fugere non potest: quoniam si petit, pudore confunditur: si non petit, egestate consumitur. Quanta autem sit peccatoris paupertas, nemo plenē scire potest, nisi qui bene sciuerit, quæ sint veræ diuitiæ. Veræ autem diuitiæ non sunt, quas ærugo, aut tinea demolitur, aut fures rapere possunt. Illæ enim non satiant animum, imò magis sitire faciunt: sicut aquæ falsæ, de quibus quidam egregie dixit.

Ouidi<sup>o</sup> *Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.*  
Terrenæ etiam diuitiæ animū inquietat, etiā cū possidentur. Avarus enim eas habens, maxima cum sollicitudine, & diligētia custodit, quas cū graui labore meminit acquisisse. Ne ergo eas amittat, omnes metuit, oēs habet suspectos: amicos etiam, insuper & seipsum. Ob quam causam Christus seruator noster Matt. 13 in parabola seminantis, eas spinis comparauit: quoniam pungunt animum perinde ac illæ corpus. Veræ ergo diuitiæ non sunt, quem tanta inquietum animum reddunt: tanquam sitibun

sitibundum, & famelicum. Hinc est, quod Christus assertor noster vocat eas mammo- **Luc. 16.**  
na iniquitatis. Sed quare iniquitatis? quia for **Gene. 1,**  
tē illæ iniquæ sunt? Absit. Videlicet enim Deus  
(ut ait Moses) cuncta, quæ fecerat, & erant  
valde bona. Dicūtur mammorna iniquitatis,  
quia eas iniquitas sola appellat diuitias: quia  
in sola iniquorum estimatione diuitiæ sunt.  
Vnde colligimus aliam esse mammonam bo-  
nitatis: illæ videlicet diuitiæ, quæ soli iusti pu-  
tant esse diuitias, quales sunt bona illa super-  
na, & nunquam peritura: virtutes omnes,  
quæ etiam in hoc seculo possidentur. Veræ  
diuitiæ sunt fides, spes, charitas, iustitia, fortis-  
tudo, temperantia, prudentia. Nam pruden-  
tiam esse sapientis diuitias, testatus est Salo- **Pro. 14:**  
mon, dicens. Corona sapientium diuitiæ eo-  
rum. Ut autem per diuitias non metalla terre-  
na, sed prudentiam se intellexisse ostende-  
ret, illico per contrarietatem subdidit. Fatui-  
tas stultorum imprudentia. Si enim coro-  
nam sapientium terrenas diuitias dicere vo-  
luisset, proculdubio fatuitatem stultorum  
paupertatem potius quam imprudentiam di-  
xisisset. Sed dum fatuitatem stultorum im-  
prudentiam appellauit: quod sapientium di-  
uitias prudentiam dixerit, satis aperte innuit.  
Hæ sunt veræ diuitiæ, quoniam animū sati-  
mū satiant:

## H O M I L I A,

ant: & qui eas habet, quisq; sua sorte contentus viuit. Si vis cognoscere quanto meliores diuinitæ sunt istæ, quām alia: ostendam tibi testimonio ipsius etiam auari. Nam si auarus habet seruum fidelissimum, dicit, Habeo seruum, qui non habet pretium. Credis fortè illum bene saltare, aut bene pingere, aut bonum esse architectum: aut aliud quoduis mechanicum opus egregie perficere. Nihil horum habet: sed audi interiorē laudem. Nihil (inquit) est eo fidelius. Fides ergo est, quæ nō habet pretium: quia maior omni pretio: melior ergo quām omnes terrenæ diuinitæ. Qui verò virtutibus caret, etiam si omnia auri, & argēti metalla possideat, semper erit pauper: eo quod crescit semper amor numimi quantum ipsa pecunia crescit. At iuxta sententiam Senecæ: diues est non qui multum habet, sed qui parum desiderat. De huiusmodi diuinitate  
Prou. 15 bus, ait Salomon. Est quasi diues cùm nihil habeat, & est quasi pauper cùm in multis diuinitatibus sit. Redemptio animæ viri diuinitæ suæ: qui autem pauper est increpationem non su  
Luc. 16. stinet. Quasi diues erat: sed non diues: ille qui inducatur purpura & bysslo, & epulabatur quotidie splendorib[us]: sed quia non habuit misericordiam erga Lazarum mendicum: nec Deum in se habuit, quo sit, ut nihil habuerit.

Nam

Nam cū Deus omnia in omnibus sit: qui dicit Ephe. i.  
caret, etiā si reliqua omnia habeat, nihil se habere conuincitur per id, quod Esaias ait. Omnes Esai. 40  
gentes quasi nihil sic sunt coram eo. Etat ergo epulo ille quasi diues, cum nihil habeat. Lazarus autem, qui ante fores illius mendicabat ulceribus plenus, erat non pauper, sed quasi pauper, cū in multis diuitijs esset: quia virtutem humilitatis & patientiae, & deum illarum datorem in corde suo gestabat. Verū ne error tibi obrepere posset si vile aliquid putares: subiungit de quibus diuitijs loqueretur explicans. Redemptio ( inquit ) animæ viri diuitiae eius. Ex quibus verbis satis aptè colligitur, peccatores non esse verè diuites, sed pauperes: quoniam non sunt redemptæ animæ eorum, sed laqueis diaboli captæ tenentur. Et ideo de his subdit. Qui autem pauper est, increpationem non sustinet. Nam qui huiusmodi diuitijs animæ videlicet redemptione caret, increpationem districti iudicis sustinere non valet: de qua psalmista postulat dicens. Domine ne in furore tuo arguas me, Psal. 31.  
neq; in ira tua corricias me. Alioqui pauperes non ibi increpantur a domino: sed benedictionem eternæ hereditatis percipiunt. Hęc igitur prima est peccatoris miseria: quæ tanto maior erit, quanto magis ipse peccator di-

# H O M I L I A

tor diues videri satagit, cùm pauper sit. Nam cùm dines putabitur, null⁹ miserebitur eius. Secunda peccatoris miseria est cæcitas, quæ nō minor est, quām paupertas, imò fortē maior: quia plura incommoda sustinet, quām illa. Nam cæcus nescit gressus dirigere, quō libuerit: si offendiculum est in via, nescit cauere: si aliquid vult secretō alicui committe-re, tutò id facere non potest: quoniam ignorat an ipso secretum alteri reuelante, quispiā aliis sit præsens. Si aliquis illum velit occidere, se ipsum defendere non valet. Facilimus est ad deceptionem. Sæpe ybi nullum est periculum timet. Quando latere se credit, omnibus patet. Semper denique habet comitem tristitia: quod testimonio senioris Tobie, p. batur: qui cùm cæcus esset, dicebat. Quale gaudium mihi esse potest, qui in tenebris sedeo, & lumen celi non video? Talis est per omnia peccator. Nescit enim ille gressus suos dirigere: quoniam ambulat per viam, quę sibi videtur pulchra, & recta: nouissima tamen ilius ducunt ad mortem. Offendicula cauere nequit: quia in uno peccato existens, nō potest diu persistere, quin offendat in alio. Propter quod meritò Sophonias propheta (de peccatoribus loquens, ait) Ambulabunt ut ceci, quia dñs peccauerunt. Ut ceci quidem: quia

Tob. 5.

Soph. 1.

quia ambulantes, pedibus offendunt, perinde ac illi. Latere se credit: cùm tamen coram multis testibus peccata cōmittat. Nam videt illum Deus: videt angelus bonus: videt etiam angelus in alius. Nec solum hi vident: sed etiā contingit sēpissimē, vt cùm à pluribus hominibus peccata illius sciantur, ille tamen latere se putet. Quia enim videntes se non videt, se quoque non videri putat. Aduersa mundi huius, quę tanti facienda nō sunt ut timeantur, hæc timet: mortem autem eternam, quę cunctis formidabilibus horribilior est, nō timet. Propter quod de illis ait Sapiēs. Sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorū facta habeāt. Eccle. 8  
 Habet denique peccator secum perpetuam comitem tristitiam: quoniam & si foris letari videatur, intus tamen magno mœrore conficitur. Quale gaudium habere potest ille, quem sua semper conscientia accusat? 8.πολ  
 Vides iam quantum inter peccatorem & cœcum conueniat. Huius autem cœcitatis causam expressit sapiens, cùm dixit. Malitia eorum excœcauit eos. Sap. 20 Et Aristoteles in ethicis ait, omnem malum esse ignorantem: non quod semper aliquis censendus sit malus, quia ignorans: cùm aliqua possit citra culpam obrepere ignorantia, sed vice versa semper aliquis dicendus erit ignorans, si fuerit malus.

Voluntas enim s<sup>e</sup>pe ( vt ille ait ) trahit ad se iudicium rationis: ita, vt iuxta voluntatis arbitrium s<sup>e</sup>pissime intellectus censeat: illa bona esse judicans, qu<sup>e</sup> voluntati placere cognouerit: illa verò mala, qu<sup>e</sup> voluntatem odiisse viderit. Omnis ergo peccator cæcus est, à propria malitia exce<sup>c</sup>tatus: quidam fimo superbiæ, alius puluere avaritiæ, ailus stercore deliciarum exce<sup>c</sup>tatus. Tertia peccatoris miseria, & non parua, est nuditas.

Nudus enim, expositus, est frigori & estui; quia non habet vestes, quibus à gelu & ardore aqua & vento protegi possit. Nudus verecundiam patitur. Nam Adam cùm se

*Gen. 3.* post peccatum in Paradiso absconderet; deo illum querenti: dixit. Timui, eo quod nudus essem. Quo loco ( sicut alibi in sacris litteris s<sup>e</sup>pe ) timor pro verecundia subrogatus est. Quanta denique sit nuditatis verecun-

*Rom. 8* dia, beatus Paulus testatur; qui eam inter magna enumerat incommoda, dicens. Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an famæ? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Vides inter quæ mala recensuit etiam nuditatem: vt eam magnam esse miseriam vel hoc argumento agnoscere valeas? Miser ergo hac ratione est peccator; quod nudus est.

Nam

Nam peccator omni temptationi expositus est: quemadmodum nudus frigori & aestui: quoniam gratia Dei, quæ illum ab omni tentatione defendere posset, caret. Charitas enim siue gratia vestis est, quæ peccata præteritane videantur, operit, & à futuris ne lèdant, ptegit. Iam vides quanta sit peccatoris miseria: qui pauper est cæcus & nudus. An his ali quid addi potest? Certè si cum his omnibus salute frueretur, aliquid felicitatis haberet: sed ut miserrimus esset peccator, præter hæc omnia, est etiam tot vulneribus confessus, ut de illo dicat Esaias. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Intellectus nāque hebetatur: memoria non continet: voluntas tepeficit: concupisibilis effrenatur: irascibilis in idoneo efficitur: nulla est deniqz in eo sanitas. Tabis est peccator, qualis Job tētatus, & à devione percussus describitur. Nil hinc pro libet bonum virum figuram gerere peccatorum: cum alibi sœpe vice versa ea quæ male gesta sunt, figuram bonorum habeant. Nam Bethsabee, quæ se in balneo lauans placuit Dani di (interpretantibus Hieronymo Gregorio Cassiodoro) ecclesiam significat, quæ lauacro baptismatis purificata, placuit Christo. Quare ergo Job quilibet iu Job. 1. stus fuerit, non poterit figuram gerere pec-  
catorum

# H O M I L I A

catorum? Job ergo (ut illius historia testatur) percussus est ulcere pessimo à planta pedis usque ad verticem capitis, qui testa sanie radebat sedens in sterquilinio. Similis per omnia est huic imagini peccator. In sterquilinio sedet, qui rebus mundi huius afficitur. Nam si omnia quae in hoc mundo sunt, iuxta Pauli

**Phili. 3.** aestimationem, sunt stercora: quid erit mundus ipse nisi sterquilinium quoddam? In sterquilinio ergo sedet, qui in mundo figit affectum. Percussus est etiam ulcere pessimo à planta pedis usque ad verticem capitis, quia nulla est animæ portio, aut vis, quæ à peccato lœsa non sit. Sanies vnde fluit: quia corruptus affectus, ad omnes corporis sensus deriuatur. Sed testa sanie radit: quia ab huiusmodi malis sola Christi morte se credit liberandum. Testa hæc Christi corpus designat: quoniam testa cum ex luto fiat, igne tamen decocta arescit, & durior fit. Sic Christi caro igne passionis decocta aruit, quemadmodum ipsum femit ait. Aruit tanquam testa virtus mea. Sed inde durior euasit, quoniam resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Hac testa sanie peccatorum radit, cum per sola passionis Christi merita se putat esse saluandum. Hac

**Psal. 21.** **Rom. 6.** testa sanie radebat qui dicebat. Mihil autem absit

absit gloriari , nisi in cruce dominii nostri Iesu  
 Christi. Ecce miserrimam peccatoris condi-  
 tionem, quoniam pauper est, cecus & nudus:  
 insuper percussus vicere pessimus. Propter  
 quod David in alio quodam psalmo appel-  
 lauit peccatum quendam miseriarum lacū .  
 Nam agnoscens beneficium , quod Deus illi  
 contulit cum illum à peccato liberauit , ait.  
 Eduxit me de lacu miserię. Cum ergo tan- Psal. 35.  
 to sic peccator barathro miserię immersus ,  
 nec aliunde illi pateat remedium ut ab illa  
 subleuari valeat, reliquum est , ut ad Deum  
 conuertatur, & cum David dicat. Miserere  
 mei deus secundū magnam misericordiam  
 tuam. Ego enim peccator sum percussus vl-  
 cere pessimus: fanies vnde fluit: male, scili-  
 cet operationis consuetudo: tu testa es , qui  
 radere vales hanc saniem, qui destruere po-  
 tes peccatum , obuiare male consuetudini .  
 Miserere ergo mei tu, qui solus potes mis-  
 ericordiam prestare. Rade saniem tu, qui so-  
 lis tollis peccata mundi : ut sic sanitati resti-  
 tutus, tibi mente & corpore seruire valeam ,  
 donante Iesu Christo filio tuo, qui tecum &  
 cum spiritu sancto vivit & regnat in secula se-  
 culorum. Amen.

## Homilia Tertia.

*Miserere mei Deus secundum magnā misericordiam tuam.*

**A**udiisti peccatoris miseriā, quę illum ad diuinam implorandam misericordiam compulsi. Nūc iam ipsum peccatorem misericordiā implorantē audite. Miserere (inquit) mei Deus. Reus in causam ductus considerat iudicem suum esse adeò sapientem, ut nullus illi imponere valcat: adeò iustum & rectum, ut à vera iustitia vellatum pilū discedere non possit: adeò deniq; scit illum esse potente, ut voluntati illius nemo obſistere queat: cū ergo nullum remediu præter diuinam misericordiam ſibi relictum agnoscat: ad eam tanquam ad Asylum confugit dicens. Miserere mei Deus. Ac fi diceret. Scio quid feci: quę & quales potest me misericordiis debeat: non ignoro. Scio quod effugere non possum. Si enim voluerō peccatum meum abscondere: scio quod nō ſtō omnia: & quod nihil est tam occultū, quod non ſit nudum & apertum coram oculis tuis. Si voluerō tibi resistere: scio quod es omnipotens: & non est qui possit resistere voluntati tuae. Si voluerō effugere, scio quod ubique es. Quod ergo ibo à spiritu furoris tui: & quo

& quò à facie tuæ iustitiæ fugiam nisi ad misericordiam tuam? Miserere ergo mei Deus. Tu quis es? Dicito nomen tuum: forte si personam agnouero, citius ad misericordiam fleter. Timeo nomen meum dicere, & erubescere manifestare personam: quia quanto ante culpam tibi familiarior fui, tanto magis confundor post culpam agnoscere. Et quò plura maiora que à te suscepit beneficia, eò magis ve  
reor de ingratitudine argui. Intellexistis, ut puto, quam ob causam David misericordiam petens nō dixerit. Miserere David, sicut alias dixit: Memento Domine David: Aut sicut ps. 131.  
alias blandiens dixit. Filius ancillæ tuæ: ps. 115.  
aut puer tuo: quia hæc nomina familiarita- ps. 68.  
tis sunt, & ideo magis occasionem cumulan-  
di culpam, quam minuendi tribuerent. Di-  
scat hic peccator quanta cum humilitate &  
quanta cum verecundia Deum precari de-  
beat, ita videlicet, ut culpam suam agnosca,  
præ verecundia non audeat apparere coram  
Deo: sicut de publicano illo in templo oran-  
te apud Lucam legitur, quod non audebat Luc. 18.  
oculos ad cœlum levare, prout etiam nunc fa-  
cit David, qui non audet nomē suum prode-  
re: sed tantum dicit, Miserere mei Deus. Mis-  
ere quidem: quia nisi tu miserearis, perire. Nolo ps. 142.  
intrare tecum in iudicium: quia non iustifi-  
cabitur

## HOMILIA

abitur in conspectu tuo omnis viues, quanto  
magis ego peccator maximus peto, ut vel paucus  
lulu rigor iustitiae mitiges: quoniam hoc pec-  
cati miseria exigit, ne peccator districte iudi-

**Exo. 52** catus, pereat. Sic enim Moysen fecisse legimus:  
qui videt virulum, quem filii Israel, ut adorarent,  
fecerant, iratus est valde: proiecitque de manu  
tabulas, & cōfrēgit eas ad radicē montis. Quā  
re populo peccante Moyses tabulas frangit?  
Est ne forte peracte idolatriæ antidotū ta-  
bularum contractio? Quasi tabulis fractis, illis  
statim resipiscere debuissent: & peccatum cū  
fractione tabularum delendum esset. Cur igit  
tur hæc fecerit, meritò perseruit adūm est: præ  
sertim cūm non sine causa illum fecisse credi-  
mus. Ut populo parceret, tabulas eum fregi-  
se suspicor: quoniam nisi tabulas fregisset, po-  
pulo non pepereisset. Nam lex dicit. Qui im-  
molat diis, occidetur: præterquam domino so-

**Exo. 22** li. Noluit igitur Moyses cum tabulis (hoc est  
cum rigore legis) ad populum delinquentem  
venire: sed tabulas fregit, legem euacuavit, ut  
populo delinquenti parcere potuisset. Parum  
certe profuisset Deum oratione sua placare, si  
ipse legis rigore utens, eos occidisset. Ad hunc  
modum cūm prælatus aliquis instigante pie-  
tate non iuxta legis rigorem peccantem sub-  
ditum punit, sed illi miseretur, timens ne ex  
atrocis

atroci punitione exacerbatus in peius ruat:  
tunc tabulas frangit, & legis auctoritatem re-  
linquit. Hoc autem nullus sanæ mentis di-  
cet esse peccatum: si instigante charitate, id fa-  
& tum fuerit: cùm videlicet remissione illa, præ  
latus spirituali subditi saluti prospicit. Pastor  
enim non tam curare debet legis & statuto-  
rum obseruantiam, quām ouium suarum ædi-  
ficationem & profectum. Si timet ex obser-  
uantia legis subditum deteriorem fieri, & spe-  
rat, per mansuetudinem & misericordiam se  
lucraturum subditum, rigorem legis cum fle-  
ctere oportet: ut subditi animam, pro qua  
Deus mori dignatus est, lucretur. Nam Moy-  
ses, pro eo quod tabulas frègit, nusquam le-  
gitur à domino reprehensus. Deus etiam hoc  
idem quotidie facit: quoniam ut peccatoris  
misereatur, legis tabulas frangit, peccatorem  
non iuxta legis rigorem iudicans. Omnis  
enī peccator quasi idololatra aestimatur: quo-  
niā creaturis quasi quibusdam idolis de-  
seruit: illas super omnia amat: in illis spem  
suam figit: & ob hoc dignus morte censen-  
dus. At Deus pientissimus, non vult mor-  
tem peccatoris, sed magis ut conuertatur à  
via sua mala, & viuat. Misericordia Dei  
obstat, ne peccator continuo post commis-  
sum aliquod scelus, sit morte consumptus.

Eze.18.

Quan-

## H O M I L I A

- Quando ergo Deus peccatorem ad poenitentiam expectat: ut res ipsa pescata laqueis diaboli, à quo captiuus tenetur, quando allicit: quando ad poenitentiam recipit, tunc tabulas frangit: quoniam non secundum legis rigorem ille iudicat.** Nā si iudicasset ille, periret iste. Verum admonitione carere non debet, quod legis tabulae, ad radicem montis fractae sunt, quoniam & hoc nō vacat mysterio. Per hoc
- Act. 15.** enim edocemur, quod morte Christi intercedente, rigor legis fuerit mitigatus, immo, ut verius dixerim, graue iugum legis, quod patres nostri portare non potuerunt, fuit omnino sublatum. Mons ille, in cuius radice tabulae fractae sunt, Christum figurat, qui iuxta Esaiæ vaticinium, est præparatus mons domus domini in vertice montium, & eleuatus super colles: quoniam Christus etiam ut homo, et homines & angelos, omnes in virtute superat. Huius montis pes, aut radix, Christi corpus est. Sicut enim caput in eo, iuxta Pauli sententiam, est diuinitas: quia cæteris illius substantijs præceminet: ita etiam corpus illius, pes ilius nō immerito dicetur: quia in sumum triū, quas ille complectitur substantias. In pede aut radice montis tabulae fractae sunt: quia Christo paciente, in corpore illius rigor legis fractus est. Nonne fractus est rigor legis: cum penitentia

pendens in cruce Christus dixit latroni: ho-  
 die mecum eris in paradiſo? Tunc enim fra-  
 ctae sunt legis tabulae: cū portæ paradiſi, quas  
 nobis peccatum clauserat, aperiri cœperunt.  
Luc.25.  
 In radice ergo mōtis, tabulae fractae sunt: quo-  
 niā meritis passionis Christi habemus, quod  
 Deus, non iuxta legis rigorem nos iudicet:  
 sed potius, rigorem mitigans, misereatur no-  
 stri. Populo peccante, legis tabulae frāgūtur:  
 quia opus est legis duritiam frangi, ut pecca-  
 tori misericordia præstari possit. Et ob hanc  
 causam Dauid qui se peccasse cognoscit, ti-  
 mens ad gnomonem legis examinari, petit  
 ut tabulae frangātur, ut rigor legis mitigetur,  
 dicens. Miserere mei Deus secundum magnā  
 misericordiam tuam. Magnam misericordiā  
 petit: quia magnam se pati miseriā agno-  
 scit. Nam magna miseria, magna indiget mi-  
 sericordia, quæ illam subleuare valeat. Da-  
 uid itaque qui se grauiter peccasse agnoscit,  
 magnam implorat misericordiam, quæ tam  
 alto vulneri mederi possit. Verūm perconta-  
 bitur aliquis & meritò, an sit aliqua miseri-  
 cordia dei parua; præsertim cū de illa dicat  
 sapiens. Secundum magnitudinem ipsius, sic Eccle.2.  
 & misericordia ipsius cum ipso est. Deus autem  
 cūm sit infinitus: cuius magnitudinis nul-  
 lis est finis, consequens est, ut misericordia  
 illius:

# H O M I L I A

ilius etiam sit infinita. Si infinita est, qui fieri potest, ut parua sit? Si nulla est in Deo misericordia parua, cur ergo David petens a Deo ut sui misereatur, non qualemcumque misericordiam petit, sed magnam? Secundum (inquit) magnam misericordiam tuam. Quasi sit aliqua parua Dei misericordia. Illuminet Deus intellectum nostrum, ut aliquid Deo dignum dicamus. Deus, cum sit infinitus & summè simplex, quicquid habet, & in se continet, oportet ut infinitum etiam sit, perinde ac ipse. Nam si aliquid contineret in se quod infinitum non esset, illud, Deo idem non esset, sed ab eo longè diuersum. At si aliquid in Deo esset, quod Deus non esset, Deus, summè simplex non esset. Est autem Deus summe simplex. Omne ergo quod in Deo est, Deus est: & per consequens, eadem mensura, qualem metiendū. Deus autem infinitus est, omne ergo quod in Deo est, infinitum est, ut ille infinitus est. Infinita ergo est illius misericordia, infinita illius iustitia, infinitæ omnes reliquæ virtutes, quas illi sacra tribuit scriptura. Verum & si illius misericordia ad se relata, infinita dicitur & sit, ad opera tamen relata, talem suscipit magnitudinis nomenclaturam, qualem opus ipsum, a misericordia Dei procedens. Quando ergo Deus magnum remittit peccatum,

tum, magnam impeditisse misericordiam dicitur: quando vero paruum condonat peccatum, paruam. David ergo magna se indigere misericordia conspicit: quoniam magnū crimen se commisisse cognoscit. Quapropter meritò misericordiā implorans, ait. Miserere mei Deus secundūm magnam misericordiam tuā. Desperare utique potuisse, nisi magnā effetaui misericordiam agnouisse. At cū probesciam tuam misericordiam maiore esse quam quævis hominis iniquitas quālibet magna: ideo sic in te uno confido, ut quanuis peccatum meum, ob multas causas grauissimum esse sciam, nunquam animum meum despondere possim. Sapientia vincit mali- Sapi. 7.  
 tiam: non autem victrix, sed victa meritò cen-  
 seretur, si aliquid esset peccatum, cui parcere aut non posset, aut nollet. Cùm ergo omni-  
 em malitiā sapientia vincat, consequens est,  
 ut nullum sic peccatum, cui parcere non pos-  
 sit. Magna ergo Dei misericordia, quæ omni  
 peccato quamlibet magno subuenire potest.  
 Magna quippe est Dei misericordia iuxta o-  
 mines magnitudinis species. Est enim lōga, la-  
 ta, crassa, siue profunda. Lata est iis, qui per  
 viam perditionis, quæ lata est, ambulāt. Lata  
 si quidem (ut Christus seruator noster ait) est Matt. i.  
 via, quæ ducit ad perditionem. Misericor-  
 dia ex

# H O M I L I A

**dia ergo, quam Deus, iis qui in hoc mundo**  
**Psal. 32. sunt, exhibet, lata est: quoniam misericordia**  
**Dei plena est terra. Longa est misericordia er-**  
**ga illos qui sunt in cœlo, quibus etiam Deus**  
**misericordiam præstat, cum gloriam quam il-**  
**lis non debeat, tribuit. Quæ misericordia lon-**  
**ga esse dicitur, propter longissimam beatitu-**  
**dinis durationem, quæ finem nūquam est ha-**  
**bitura. Profusa denique meritò dicetur misé-**  
**ricordia diuina: propterea quod usque ad in-**  
**fectorum profunda se extendit. Nam illi etiā**  
**diuinā in se experiuntur misericordiam. Ve-**  
**rū & si de iis, qui in mundo hoc viuunt, aper-**  
**tissimè constet eos quotidie diuinam in se ex-**  
**periri misericordiam, de illis tamen qui sunt**  
**in cœlo aut in inferno: forsitan aliquis meritò**  
**dubitabit. Nam cum gloria sit debita, tanquā**  
**merces mercenario, qui fit, ut sit misericor-**  
**dia, cum iusto bene operanti gloria tribuitur?**  
**Luc. 10. Dignus est mercenarius (ait Saluator noster)**  
**mercede sua. Vbi autem dignitas est, iustitiā**  
**ibi adesse conuincitur. Præterea, præmio ali-**  
**quem donare, ad iustitiam spectat, nō autem**  
**ad misericordiam. Iustitia ergo fit, cum iusto**  
**gloria tribuitur: quo fit, ut nullus illic sit misé-**  
**ricordiæ locus. Fatemur quidem iusto debitā**  
**esse gloriā, quia promissam: quod si promis-**  
**sa non esset, non illi deberetur. Non enim**

adeò bona sunt, hominam quamlibet iustorum opera, ut gloria eterna digna censeri debeant, Paulo attestante, qui ait. Non sunt cō dignæ passiones huius seculi, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur, in nobis. Sed quod a se inēquale erat, promissione & pacto interueniente, factū est equale. Et ex hac diuina promissione ortū est meritū nostrū: quod theologis scholasticis placuit appellare meritū de cōdigno. Sed hęc fuit immensa Dei erga nos misericordia, quod gloriam sempiternam, quæ omnia nostra bona opera in multis calclus antecellit, usque ad nostrorum operū valorem depresso: cum illā pro nostrorum laborum mercede se daturum spopondit. Et hoc est quod nostri theologi dicunt, præmium videlicet, quod deus nostris laboribus tribuit, excedere semper nostrorum laborum dignitatem. Dignitatem quideam naturalem, quam videlicet illis tribuit natura, non quam, gratia dei interueniente, suscepimus. In hoc ergo diuina relucet misericordia, quod gloriā sempiternam iustitia tribuit: quā per natūrū suorum operum valorem consequi non possent. Et ad eundem modum explicati potest misericordia, quā deus impendit ijs, qui sunt in inferno. Nam & si illos secundum iustitiam puniat, non tamen sic punit, ut suam

D illis

# HOMILIA

illis omnino subtrahat misericordiam. Punit enim eos infra suorum scelerū merita, nō tantas ab illis exigens pœnas, quantas eorū peccata merebantur: sicq; fit, ut iudicium diuinum, iuxta sententiā Iacobi Apostoli, comite semper misericordia, sit superexaltatum.

Hæc est ergo illa largissima dei misericordia, qua semper, cum præmio afficit aliquē, ultra meritum donat: cum autem punit, citra, Nā

Iaco. 2. Esa. 40. Deus, ut ait Esaias, mensus est pugillo aquas: & cælos palmo ponderavit. Cælorum nomine, iusti designantur, aut gloria, quæ in cælis habetur. Aquarum vero nomine, peccatores qui labuntur & mollescunt: aut pœnae, quæ illos constringunt. Cælos ergo palmo ponderrat: quia cum iustos præmio donat, ultra illo rū merita se dilatat. Aquas pugillo metitur: quia peccatores minus quam illorum merita exigunt, punit. In palmo enim manus plus solito dilatatur & extenditur. In pugillo vero contraria manus contrahitur, & brevior fit. Ecce iam patet immensa misericordia diuinæ magnitudo, quæ tam lata est, ut omib; in hoc mundo degentibus, qui latam viam habent, succurrat. Tam ioga, ut finem nesciat: quoniā in seculum seculi, beatos sua visiones satiat. Tam deniq; profunda, ut ipsam etiā inferorum profunditatem pertingat: illos mihi dili. Q nus

nus, quām eorum merita exigebant, puniens.  
 Deinde, ut hēc diuinę misericordā magnitu-  
 do clariūs innotescat: doceamus illā esse ma-  
 gnām aliunde, ex locorum scilicet varietate,  
 qui sex esse dicuntur: sursum & deorsum: an-  
 te & retro: leuorsum & dextrorsum. Hi tripli  
 ci quantitatis mensioni respondent: cuilibet  
 mensioni duos tribuendo locos. Nā sursum  
 & deorsum, respondent crassitudini siue pro-  
 funditati. Ante & retro, longitudini. Leuor-  
 sum & dextrorsum, latitudini. Misericordia  
 ergo Dei, inde magna esse conuincitur: quia  
 vndeque nos circūdat. Supernè nos protegit, Ephe. 6  
 contra spiritualia nequitiae iu cælestibus, id  
 est cōtra spiritualium nequitarum tela, quæ  
 in nos spiritus illi mali, qui ē celo deciderunt, Gen. 3:  
 vibrant. Inferiùs, contra versutias callidissimi  
 serpentis, qui nostris calcaneis perpetuō in-  
 sidiatur. . A fronte nos protegit: contra im-  
 minentia peccata nos muniens. A tergo nos  
 defendit, à preteritis peccatis, ne videlicet i-  
 terum redeuntia nos incautos oppriuant.  
 A dextris nos protegit, ne prosperis super-  
 biamus. A sinistris denique nos defendit: ne  
 animum nostrum quēuis aduersitas deiçere  
 valeat. Magnam esse diuinam misericordiam  
 satis aperte (vt ęstimo) iam conuici nus. Se-  
 cundum hanc ergo magnam misericordiam,

peccator petit, ut deus illius miscreatur, dicens,  
*Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.* Ac si diceret. Preterita peccata cōdonā, et à futuris custodi, et sic tuę misericordię longitudinē ostendes. A dextris et sinistris protege: ne prosper rerū successus me fallat, aut aduersus deiiciat; vt vel sic, tuę misericordię latitudinē experiar. Ut autē tuę benignissimę misericordiaę altitudo in meipso reluceat: superne contra spirituales dæmonis nequitias me protege, ut te protegente, et miserante, aeternam valeā cōsequi felicitatem, in qua perpetuò experiar tuā misericordiam, quā nobis p̄stare digneris p̄ merita Iesu Christi filij tui, qui tecū & cum spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum Amen.

### Homilia Quarta.

*Et secundū multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.*

**D**ecatum Davidis non solū fuit magnum, verū etiam multiplex. Nam fornicatus est: eo quod ad nō suam accessit: quia verò aliena adhæsit vxori, adulterium commisisse cēsetur. Homicidā fuisse, testatur cædes Vrię in

nocentis: eiusdem Vriæ fidelitas simul & confidentia conuincunt Dauid fuisse proditorem. Qui ergo prius pro peccati magnitudine, magnam petiuit misericordiæ, nunc etiâ pro peccati multitudine, miserationem petiuit. Cognoscebat siquidē Dauid peccata sua fuisse multa, quibus delendis nō satis esse putabat vnam misericordiæ: ideo multitudinem miserationum petit, quæ multis peccatis subuenire possit, dicens. Et secundū multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatē meā. Vel (ut translatio Hieronymi iuxta hebraicam veritatem habet) Dele iniquitates meas. Nouerat quippe Dauid multas esse Dei misericordias, qui in alio quodam Psalmo ait. Misericordiæ tue multe domine. Quas quoniā in se expertus erat, vicem præ illis deo referre cupiens, quasi quodam gratitudinis symbolo ait. Misericordias domini, in æternum canticabo. Multas dixit esse Dei misericordias: quoniā et si vna sit tantū dei misericors & benigna voluntas, multa sunt tamē q̄ Deus noster miseratus, in nobis quotidie operatur: obquā causam, multas esse dicim⁹ dei misericordias, nomen causæ, pro nomine effectus sumētes. Tanta est misericordiarum domini multitudo, ut illis enarrandis, homo nō sufficiat; etiā si omnia eius mēbra verterentur in linguas.

Psal. 118

Psal. 88

# H O M I L I A

Nihil est enim à summo usque deorsum, in  
quo non resplendeat diuina misericordia: quo  
niā illa super omnes creature diffusa est, quae  
admodum idem propheta in alio psalmo  
ps. 144. ait. Sua ēs domin⁹ vniuersis, & miserationes  
Matt. 6 eius super omnia opera ēr⁹. Vnūversis quidē,  
quia sole suū oriri facit super bonos & malos:  
& pluit super iustos & iniustos. Sup̄ oīa ope  
ra sua effudit suā misericordiā: cūm totū hūc  
visibilem mundum condidit. Cordens siquidē  
de creature, tribuit illis ut esset: quod nec illis  
debebat, nec a se ipsis villo pacto habere po  
terat. Quia in re, aperta est dei misericordia,  
propter quod Psalm. postquam dixerat, mi  
serationes Dei esse diffusas super omnia ope  
ra eius, statim subiunxit. Confitātur tibi do  
mine omnia opera tua. Ac si diceret. Omnia  
operata tua te laudare testetur, ga tu in omnia  
illa, tua effudisti misericordiā. Deinde super  
omnia opera sua, effudit suā misericordiam;  
quia omnia opera sua testantur misericor  
diā quā homini exhibuit: cūm illa omnia,  
nō sibi, sed homini cōdidi. Nam si sibi cōdi  
disset, potentia eius, aut sapientia laudari po  
tuisset: nunc vero, quotiam hec omnia nobis  
condidit, immensa illius manifestatur miseri  
cordia. Nobis siquidem germinat terra her  
bam virentem, & lignum pōniferum facies  
fru-

fructum iuxta genus suum. Nobis producunt aquæ pisces, & reptile animæ viuentis Nobis spirant venti, fluunt amnes, scatent fontes, stagnant lacus, cœlant maria. Nobis voluuntur in gyrum cœli: lucet sol per diem: & luna cum stellis per noctem. Nobis pendule nubes umbram faciunt, & agros irrigant: ut aquis receptis, nobis inde fructus proferant. Et ut nihil sit, quod nobis non dederit diuina misericordia; angelos etiam, qui multo dignioris naturæ quam nos sunt, nobis etiam dedit: sicut Paulus in ea, q[uod] ad Hebreos est e[st] pistola, de illis loquens, docet, ita inquiens.

Hebr. ii

Nonne omnes sunt administratōrū spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Quicquid ergo homo habet (habet autē oīa, quādiu habuerit in corde suo Deū) totū hoc, misericordiæ Dei imputet, oportet. Quod homoviuuit, q[uod] comedit q[uod] dormit, quod vigilat, q[uod] recte valet, q[uod] egoitat, quod prosperis sonetur, quod aduersis deejicitur, quod in aduersis cōsolationē recipit, quod illa patienter tolerat, quod ab aduersis eripitur, hoc siquidem totum misericordiæ Dei tribuere debet: quia totum à diuina misericordia procedit. Non enim minus misericors est Deus cùm aduersa mittit, quam cùm prospera: sicut non minus misericors

## H O M I L I A

est chirurgus, cū ligat, secat, aut vrit, quām cū oleo vngit, aut alijs senioribus foimētis medetur. Nā hæc ipsa mala frequēter mittuntur à misericante Deo, vt vel nos purget à sceleribus ēmissis, vel deterreat à cōmitēdis, vel vt vir

**Heb. 12.**

turis ex ercendæ materiā subministrent. Non ne misericorditer agit pater cū filiū corripit? Sic Deus tanquā benignus pater misericorditer agit, cū castigat eum quem diligit: & corrīpit omnem filium quem recipit. Sic enim ip-

**Psal. 88**

semet testatur in quodā psalmo dicens. Si iusticias meas prophanauerint, & mādata mea nō custodi erint: visitabo in virga, iniuitates eorū, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam meam nō dispergam ab eo, neq; nocebo in veritate mea. Siue ergo Deus prospēra mittat, siue aduersa, gratias illis pro omnibus reddamus: quia hæc & illa nobis confert, semper nostris cōmodis cōsulens. Hec enim, vt arbitror, est causa, propter quam Job ait.

**Job. 2.**

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustincamus? Quia videlicet sciebat Job, & quæ in nostram utilitatē Deum præstare mala ac bona. Sed post has oēs misericordias, succedit alia omnium maxima, hoīs videlicet iam creati reparatio, atq; redemptio. Nam hoc multò mirabilius est, quā condidisse hominē, illique totā hāc mūdi fa-

di fabricam subiecisse, oues, scilicet, & boues Psal. 8.  
 vniuersas, insuper pecora campi, volucres coeli,  
 & pisces maris, qui perambulat semitas ma-  
 ris. Et hoc quisquis religiosa mente considera-  
 uerit, certe non dubitabit esse verum. Nonne  
 multo mirabilius est, Deum esse factum ho-  
 minem, quam angelos esse conditos a Deo?  
 An non magis stupendum, Deum inuolutum  
 panis, vagire in præsepio, quam illum regna-  
 re in cœlo quod condidit? An non magis mi-  
 randum Deum sitire & esurire: quam illum  
 torrente voluptatis suæ inebriare alios, & ex  
 abundantia sua dare cibos omni carni? Hoc  
 certe mysterium, superat omnem intellectum,  
 non solum humanum, sed etiam angelicum  
 propter quam causam angeli, Deo ex utero  
 Virginis nato, veluti in facto omnium maxi-  
 me stupendo, canut gloriā in altissimis Deo: Luc. 2.  
 quia videlicet videbant infimam humilitatem  
 eius, cuius agnoscabant excelsissimam subli-  
 mitatem. Conditi mundi ratione evident & in-  
 telligunt impij dæmones, in staurati mudi cō-  
 filium latuit eos, sicque factū est, ut ars artem  
 falleret: ars videlicet misericordię, artem  
 malitię. Hęc est illa effusissima Dei miseri-  
 cordia, quam David breui, cōpendioso tamen  
 encomio prædicat, dicens. Apud dominum Psal. 26.  
 misericordia, & copiosa apud eum redem-  
 D 5 ptio:

## H O M I L I A

ptio: & ipse rediit Israel ex omnibus ini-  
quitatibus eius. Nam totū misericordiae suae  
fontem Deus aperuit, & cunctes sue bonita-  
tis diuinitas nobis ostendit, cum factus homo,  
pro hominibus moridignatus est. Sed præter  
hanc misericordiarum numerosam multitu-  
dinem, quam omnibus hominibus sue iuris  
sue peccatoribus impedit, sunt adhuc que-  
da aliae speciales misericordiae, quas Deus cir-  
ca animam peccatrice quotidie exercet: quibus  
recessendis, hoc & altero proximo sermone in  
euinbeamus. Prima ergo misericordia est, q̄ à  
multis peccatis, in quæ prolabi potuerat, pec-  
catorum custodiuit. Prima, inquam, non om-  
nium, sed harum, quas nunc errare proponi-  
mus. Certum enim est, q̄ si etiam in multis ced-  
dit peccatori: ita etiam in multo plura cadere  
potuerat, nisi omnipotens Dei pietas immē-  
sa conseruasset. Ex uno peccato deuenitur ad  
aliud: & unum peccatum impellit ad alterum: &  
hoc ad aliud sine fine: nisi Dei misericordia si-  
nem nostris peccatis imponat. Quemadmo-  
dum lapide in aquis proiecto, excitatur qui-  
dam fluctus: qui simul, ut exortus est, mox al-  
terum excitat: post quem aliis oritur, & ex  
hoc alias iterum procedit: & sic in immēsum  
sine fine: quo usq; fluctus in terram vel petrā  
quāpiā impingant, quæ fluctum multiplicatiō-

cationi obſiſtat: ne videlicet fluctus vltra pro  
 grediatur. Sic uno peccato ſemel commiſſo,  
 ex eo oritur aliud, veluti fluctus ex fluctu: ibit  
 que hæc fluctuatio in immensum, uifū diuina  
 misericordia huiusmodi peccatis ſe obijciat,  
 vt ea impedit. Qui enī avaritiæ deferuit, ſi  
 aliunde non potest pecunias, quas immodera-  
 tè cupid, habere, deſyderiū impotēs, ad rapinā  
 feſtinat: vt verō hæc occultet, mēdacio & per  
 iurio ſe tuetur. Nā (yt ait Poeta quidā) Falla- Teren-  
 cia alia, alia trudit. Hoc autē in Dauid facto, tius.  
 quod nunc in præſenti psalmo deplorat, ex-  
 periri licet. Quia enim oculis ſuis non prohi-  
 buit illicita conſpicere, & oculos scandalizan-  
 tes noluit abſcindere, adulterium commiſſit.  
 Ne autem in eo criminē deprehenderetur, ho-  
 micidium perpetrare non erubuit, etiā uisque  
 ad proditoris notam. Hinc eſt quod prophe-  
 ta Oſeas, peccata Iſraelitici populi enarrans,  
 ait. Maledictum & mendacium, & periuriū, Oſeas. 7  
 & furtum inundauerunt, & ſanguis ſanguinem  
 nem tetigit. Sanguis ſanguinem tangit, cum  
 peccatum vnum, ad peccatum aliud impel-  
 lit. Et hoc prouenit ex illa miſerrima pec-  
 catoris feruite, in quam cum ſemel pecca-  
 uit, ſe ipsum lubens coniecit. Qui facit, (in- Ioan. 8  
 quia veritas) peccatum, ſeruus eſt peccati. Un  
 de fit, vt quotidianas uſuras, noua addens  
 pecca-

# H O M I L I A

peccata persoluat: & reatus sui debitum, qua  
tidie augeat. Et inde est illa diuinæ misericor-  
diæ promissio , quam habemus in alio Psal-

**Psal.71.** mo. Ex vñis & iniuitate redimet animas  
corum. Quia videlicet diuina misericordia  
nos protegit: ne has iniquissimas peccati vñ-  
ras dæmoni persoluamus: cùm no s à pecca-  
tis multis,in quæ cadere poteramus , custo-  
dit. Fateor quidem, & pleno (vt aiunt) ore fa-  
tebor, quòd nisi dominus adiuuissest peccato-  
rem,paulominus cecidisset in omne pecca-  
tum anima illius. Quicquid enim malorum  
accidit cuius alteri homini, illi etiam accide-  
re poterat,nisi illum diuina protexisset mis-  
ericordia. Si ergo non est adulter , non periu-  
rus,non homicida,nō factilegus, quemadmo-  
dum sunt (prohdolor) nimium multi, det gra-  
tias Deo,& hoc totum illius misericordiæ re-  
ferat acceptum: quoniam hæc omnia erat , ri-  
si illum diuina misericordia protexisset. Nō

**Luc.18.** enim pharisæus ille apud Lucam ob hoc re-  
prehensus est , q gratias reddebat Deo , quia  
cū à pluribus custodiuerat peccatis, sed quia  
superbè id faciebat , publicanum despiciens.  
Tu ergo, si recte consulis, citra aliorum despe-  
ctum, quos in multa peccata lapsos esse con-  
spicis, da gratias deo , quia te à similibus cu-  
stodiuit: credens tesi militer lapsurum, nisi te  
diuī

diuina misericordia conseruasset. Physiogno-  
mus quidam Socrate inspecto censuit, illum  
esse hominem auidum luxus, & libidinis ef-  
frænatæ. At discipuli (quibus probè erat ex-  
plorata Socratis incredibilis temperantia) ir-  
ri debant hominem, simulq; indignabantur.  
Socrates verò discipulos coercēs, physiogno-  
mo applausit, dicens. Rem diuinasti: quoniā  
hæc omnia eram, nisi philosophia me docuif-  
set naturæ repugnare, & ab his abstinere. Sa-  
pienter quidem hæc Socrates: non tamē chri-  
stianæ. Ideò rectius mihi dixisse videtur bea-  
tus Franciscus, meus & omnium fratrum mi-  
norum pater: qui quod Socrates tribuit phi-  
losophiæ, ille tribuit misericordiæ diuinæ.  
Quum enim socius eius (nisi fallit memoria)  
Leo vocatus ex mādato eiusdem patris, mul-  
tis eum cōvitiis affecisset: fornicatorem, adul-  
terum, furem, homicidam, blasphemū, alia-  
que id genus appellans, patientissimē tulit, ac  
semetipsum ob hæc omnia deplorauit. Dein  
de verò cūm socius ab eo perquireret, cur illū  
compulisset, tot, tātaque mendacia dicere in-  
virum innocentē, cui nihil horū conueniret:  
respondit. Nihil mentitus es: quoniā hæc o-  
mnia erā, & multò plura: nisi me diuina mis-  
ericordia ab his malis seruasset immunem. Se-  
cunda misericordia est: q; pro peccato iam co-  
missio,

# H O M I L I A

misto, pœnas meritas non statim exigit, sed il-  
lum expectat ad pœnitentiam. Sic enim ipse

**Eze. i8.** per Ezechielem prophetam ait. Nunquid vo-  
luntatis meæ est mortis impij, dicit dñs Deus,  
& non vt conuertatur à vijs suis & viuat? Ma-  
gna est hæc misericordia, & in qua magis di-  
uina elucet bonitas. Propter quod, vt ait apo-

**Rom. 9** stolus, dicit scriptura Pharaoni. Quia in hoc  
ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutē  
meā. Ac si diceret. Nō te feci malū: sed excita-  
ui. Miles enim eras, sed quasi sopus: ego aut̄  
multis factis miraculis, excitaui te in eādem  
malitiam, hoc autem, vt ostenderem in te vir-  
tutem meam. In Pharaone ostendit Deus suā  
virtutem, cùm illum totiens peccantem mis-  
ericorditer tolerauit. Magna certè est hæc mi-  
sericordia, quam nec angelis peccatibus, nec  
primo homini præstitit: quoniam peccantē Lu-  
ciferum non exspectauit, sed statim cælo deie-  
cit: nec Adam peccantem sustinuit, sed illico  
à paradiſo relegauit. Postquam vero prius  
homo peccauit: ne tota humani generis mas-  
sa propter peccatū illius periret: Deus nostri  
miseratus: vt nostræ lutoſæ perditioni subue-  
niret, decreuit in carne humana pro nostris  
peccatis mortem subire. Quia igitur Deo, cui  
omnia sunt præsentia, agnus ille sine macula  
iā ab origine mundi occisus erat, ideo ex tunc  
propt̄ &

propter merita huius agni iā occisi, dignatus  
 est deus hanc misericordiā hominibus præsta-  
 re: vt cū peccauerint, nō statim eos pœnas de-  
 bitas soluere cogat, sed ad pœnitentiā expe-  
 ctet. Sic enim primū post Adā peccatorē, vi-  
 delicet Cain expectauit, quē post fratris inui-  
 diam, post homicidiū, post proditionē, post  
 impietatiē: denique, qua credidit peccatum  
 suū occultari deo, & Dei misericordiā supera-  
 re ab eius iniuitate, illico punire noluit, dans  
 alli cēpūs ad pœnitentiā. Ideo enim multi cen-  
 tent illū à clementissimo Deo usque ad septē  
 generationes fuisse dilatū: ut saltē malis ipsis,  
 & longæ vitæ mœrore cōpulsus, pœnitentiā  
 ageret, & veniā prometeretur. Cur deus non  
 expectauit Adā Cain autē expectauit vt pœ-  
 nitentiā ageret? Quia inter patris & filij pec-  
 catum, interiecta est agni innocentis mors,  
 hoc est, Christi benedicti passio: quam Deus  
 post Adā peccarū subire decreuit: & propter  
 huius meritum, hanc consequutus est miseri-  
 cordiā Cain, vt ad pœnitentiā expectaretur.  
 Sic etiā cum heu nūmī multis alijs peccatori-  
 bus postea deus agit, & nūc quotidie agit: qui  
 (vt Sapiēs ait) miseretur oīm: quia omnia pōt,  
 & disimulat peccata hominum, propter pœ-  
 nitentiā. Ciuītatem illam Hierosolymā, quā  
 tot tantq̄ mala in Christum innocentē ma-  
 chinata

Sapi. 2.

Luc. 19.

# HOMILIA

chinata est, nō statim euertit: sed post annos  
ferè quadraginta, à morte Christi, Romano  
rum iræ tradidit illam deus. Non ob aliā cau  
sam supplicium differens, quām quod miseri  
cor est, qui illorum mortem nō volebat: sed  
magis ut conuerterentur, & viuerent. Et ob  
hanc causam, videns ciuitatem plorat: ut per  
fletum, viscera suæ misericordiæ ostéderet.  
Non ob alia m ergo causam tibi postquam pec  
casti, vitā, quam non mereris, indulget: quām  
ut pœnitentiam agas, qua veniam consequi  
valeas: quoniam à mortuo velut qui non est,

**Eccles. 17** sicut perit confessio, sic & omnis pœnitentia.

Quod si adeò obtusus es ingenij, ut hæc mini  
mū penetrare valeas, audi Paulum te docēte

**Rom. 2.** in ea, quæ est ad Romanos epistola. An ig  
noras (inquit ille) quoniam patientia Dei ad

pœnitentiam te expectat? Quanta autem sit  
hæc misericordia, nemo plenè scire potest, ni  
si ille, qui cùm soluendo non sit, multorum  
se debitorem agnoscens, in ipso est temporis  
articulo, in quo eū persoluere oportet. Qua  
lis est ille vir euangelicus, decem millium talē  
torum debitor, quibus persoluendis, cùm to  
ta sua substantia non esset satis, & ab illo om

**Mat. 18.** ne debitum exigeretur, clamauit. Patiētiam

habe in me, & omnia reddam tibi. Hic enim  
magnum quoddam donum cœlebat, sola so  
lutiō

Iutionis dilationem (hoc est) prolongationē  
vitæ. At multi, hanc largissimam Dei miseri-  
cordiam pro nihilo pendunt, nunquam pœ-  
nitentiam agentes, sed peccatum peccato ad  
dentes, trahunt iniquitatem in funiculis va-  
nitatis (vt ait Esaias) et quasi vinculum plau- Esa. 5.  
stri peccatū. De talibus dicitur in libro Iob. Iob. 24.  
Dedit ei deus locum pœnitentiæ, & ille abu-  
titur eo in superbiam. Nonne abusus est, cū  
id quod tibi concessum est ad emendationē,  
tu vertis in damnationem tuam? Nonne abu-  
sus est, cūm tempus quod tibi datum est ad  
pœnitentiam, tu accipis ad peccati obstina-  
tionem? Nonne misericordia Dei abuteris,  
cūm ex illa ipsa diuina misericordia auda-  
ciam peccandi sumis? Et qui sola Dei bonita-  
te & misericordia agnita, ad amorem illius al-  
lici debueras, inde magis ad peccatum soli-  
citaris? Misericordia ergo diuina tanquam  
calcaribus vteris, quibus animum tuum ve-  
hementius ad peccatum vrgere valeas. Non-  
ne hic est diuinæ misericordiæ abusus? Pro-  
pter hanc causam, sœpiissimè scripturæ sacrae  
tradūt deum obdurare peccatores, vt de Pha-  
raone ipse met deus ait, Ego obdurabo cor Exo. 4.  
Pharaonis. Non quidem quod ille totius bo-  
nitatis fons, à quo nullum datum est quod  
non sit optimum, malitiam aliquam & obdu-  
ratio

rationem Pharaoni, aut cuius alteri peccato-  
ri tribuerit: sed illos obdurare dicitur, quia il-  
los pro sua patientissima misericordia diu to-  
lerat, ob cuius tolerantiam illi redduntur de-  
teriores. Quemadmodū enim dominus alius  
qui seruum nactus improbus, quē nimis bene-  
gnè & clementer tractans, facit deteriorem:  
non q̄ dominus seruum malignitate imbuerit,  
sed q̄ seruus domini benignitate sit ad nequi-  
tiā augendam abusus: ad eundem modum,  
Deus obdurare dicitur peccatorem, cùm ille  
misericordia Dei abutitur. Sed hūc talem, se-  
uera increpatione redarguit Paulus, dicens.  
An diuitias bonitatis eius, & patientiae & lo-  
ganimitatis contemnis? Cōtemnit, inquam,  
has bonitatis diuitias, qui non sic vtitur illis  
ad peccatum, vt Deus intendit: sed ad va-  
nam securitatem vertit, æstimans Deum, aut  
non curare humanas res, aut liberè remittere,  
quod punire differt. Ut autē doceat peccato-  
rem non ita futurum esse vt ille putat, subiū-  
git Paulus, Secundū duritiam autem tuā, &  
cor impenitens, thesaurizas tibi iram in die  
iusta & reuelationis iusti iudicij Dei. Thesauri-  
zas (inquit) hoc est, accumulas & reponis ti-  
bivindictā exercendam in die vltionis extre-  
mae. Quoniam & si Deus patienter peccato-  
rem toleret, & longo tempore ad sui vindictam  
proce

procedat: ipsam tamen tarditatem, supplicij  
 grauitate compensat. Funiculus enim nimium  
 tensus, rumpitur: & mamillæ nimium emul-  
 etæ, reddunt sanguinem. Hinc est, q̄ si quis il- Mat. 21.  
 la, quæ folia tātū & non fructum habebat,  
 maledicta est à Deo, & aruit. Propter quod  
 Paulus in ea quæ est ad Hebræos, epistola, Heb. 6.  
 ait. Terra cū s̄pē desuper venientē bibens  
 hymbrem, & germinans herbam opportunā  
 illis à quibus colitur, accipit benedictionem  
 à deo: proferens autem spinas, ac tribulos, re-  
 proba est, ac maledicto proxima. Vnde pa-  
 tet, malè securos eos esse, qui nimium de mi-  
 sericordia Dei cōfidentes, peccatis suis indul-  
 get. Propter quod eos admonet sapiens, cūm  
 dicit. Ne dicas, miseratio domini magna est:  
 multitudinis peccatorum meorum miserebi-  
 tur. Misericordia enim & ira, ab illocitò pro-  
 ximant: & in peccatores respicit ira illius. Tu  
 ergo si semel peccasti, & Deus tibi tempus ad  
 poenitentiā dederit, noli abutie eo, sed potius ag  
 nosce beneficium, & deo conseruatori vitæ age  
 gratias immensas, q̄ non te statim damnauer-  
 it: & ora, vt ad poenitentiam perducat, qua  
 vitam promerearis æternam. Qam nobis ip-  
 se Deus præstare dignetur per merita filij sui.  
 Qui cum eodem deo patre & spiritu sancto  
 regnat per infinita secula. Amen. iiiiij/1

# HOMILIA

## Homilia Quinta.

*Et secundum multitudinem miserationum,  
tuarum, dele iniquitatem meam.*



Propter multitudinem, & magnitudinem miserationum, quas erga peccatorem deus operatur: non potuimus superiori sermone, eas omnes absoluere, nisi prolixior iusto futurus fuisset sermo. Ut igitur sermonis prolixitatē vitaremus, duas & maiores illius partes, ad hunc sermonem distulimus. Magnum re vera fuit, peccatorem ab innumeris peccatis (in quae pronus erat) custodisse: & hoc maius est, quod postquam peccauit, tempus ad pœnitentiam illi indulxit. Sed si hic fistat: & non ultradiuina progrediatur misericordia, illum ad pœnitentiam alliciens, & cum opus fuerit, impellens & trahens, parua haec reputabuntur, parumque proficia. Nihil enim prodesset expectatio, si non sequeretur pœnitudo: immo potius iudicium damnationis accumula-

ps. 49. ret, dicente domino, Hæc fecisti & tacui. Ta cui inquam, quia non statim vindicavi, sed expectavi & distuli: tu autem velut alter Pharaoh abusus misericordia mea, obdurasti cor tuum. Tacuit: sed nunquid semper tacebit? Nunquid semper dissimulabit? Sicut parturiens

riens loquar, (ait dominus per Esiam) dissi- Esa. 42.  
 pabo & absorbebo simul. Parum ergo prode-  
 rit expectari, si nō profit pœnitere. Sed quis  
 dabit cor pœnitens, nisi ille, à quo est omne  
 datum optimum? Et hæc proinde tertia est  
 Dei erga peccatorem miseratio, omnino ma-  
 ior priore: quippe quæ facit, ne illa sit infri- d. 1150  
 ctuosa, & vertatur in damnationem mortis,  
 cùm videlicet pœnitentiam donat, quay- l. 1330  
 niam peccatorum consequi valeat. An autē  
 homo peccator, viribus suis possit ad pœnitē- s. 933  
 tiām peccatorum peruenire, aut deo motore  
 indigeat, res est quibusdam dubia: cuius Pars  
 quæq; magno se iudice tuetur. Qui deo fa-  
 uent, alijs videtur arbitrij libertatem prorsus  
 eneruare. Contra verò, qui arbitrij potētiam  
 nimis effrerunt, censemur diuitijs misericordiæ  
 diuinæ quicquam detrahere. Si autem  
 quid in hac re sentiam à me exigitur, planè  
 dicam. Malo totū misericordiæ diuinæ, à qua  
 etiam nostri arbitrij libertas prodiit, tribueré,  
 quām de diuina misericordia vel tantillum  
 imminuere, ut nostro arbitrio aliquid super  
 bē arrogemus: ne mihi forte illa prophetæ re- s. 111 T.  
 prehensio insonet, quæ ait. Quid gloriaris in ps. 51.  
 malitia, qui potens es in iniunctate? id est, que  
 est hæc malitia tua, ut glorieris de bono ali-  
 quo, qui nullius rei plenè potes es, nisi, ut ope-  
 raris

# H O M I L I A

reis iniqitatem? Quapropter ego (ut inge-  
nus fatear) sentio peccatorem non posse ad  
pœnitentiam peruenire, nisi deo specialiter  
iuante (hoc est) mouente, ducente, aut impel-  
lente, aut trahente. Nam & hoc apertius sacræ  
literæ produnt, quam ut dubitare liceat. Ipsa

**Ioan. 6.** enim summa veritas ait. Nemo venit ad me,  
nisi Pater meus traxerit illum. Propter quod

**Cant. 1.** sponsa hanc suam impotentiam agnoscens,  
orabat dicens. Trahe me post te, curremus in

odorem vnguentorum tuorum. Trahe inquit:  
quoniam si tu non traxeris, ego ire non po-

**Eze. 2.** tero. Hinc est, q[uod] postquam deus locutus Eze-  
chieli prophetæ precipiens illi tanquam iaceti  
at sedenti, ut staret supra pedes suos: ingressus  
est post hæc spiritus domini in eundem  
prophetam, & statuit illum supra pedes suos.

**Quia** nisi illum spiritus domini subleuasset,  
ipse surgere nō valuisset. Peccator enim qui  
iacere potuit, surgere non potest. Reccedere à  
deo potuit, redire ad eum nō potest. Est enim

**Ps. 77.** peccatoris spiritus vadens, & non rediens. Et  
qui sic sentiebant, orabant dicentes. Conuer-

**Thr. 5.** tē nos domine, & cōuertemur ad te. Petrum  
amarè pro negatione veritatis fuisse dictu-  
rus euangelista, prius dixit. Respxit eum do-  
minus: quoniam si Deus suæ benignæ mis-  
ericordiæ oculos in Petrum non intendisset  
prius,

prius, ille ad lachrymas nunquam premitur. Sicut enim imago in speculo, quæ oculos in terram deflexit, non potest eos à terra sursum reflectere, ut in faciem, à qua causata est, illos intendat, nisi facies, quæ est illius exē plar, oculos suos prius in illam iniecerit: sic peccatoris spiritus, qui oculos suos statuit de clinare in terrā, nō potest oculos suos (intellectū videlicet & voluntatem) in illam Dei faciē, cuius ipse imago est, intendere; nisi Deus oculis suæ benignæ misericordiæ illum prius respicere dignetur: eius intellectū illuminās, ut peccatum suum agnoscat: & affectum inflammans ut odire possit. Propter quod propheta de deo loquens, ait. Qui respicit terrā, ps. 103.  
 & facit eam tremere. Multum certè Dei in nos aspectus valet: qui simul ut terram cordis nostri aspicit, eā tremere facit. Hic est enim, Luc. 15.  
 qui ouem perditam perducit ad caulam, & non aliis. Hic est qui vulneratum à latronib;  
 bus & spoliatum, misericorditer ad stabulū Ibi. 10.  
 perducit: & stabulario, suis expensis curandū tradit. Hic solus est, qui sanat omnes infirmi p̄s. 103.  
 tates nostras: qui propiciatur omnibus ini-  
 quitatibus nostris. Hic solus est, de quo ait  
 Job. Deus molliuit cor meū, & omnipotēs cō Iob. 25.  
 turbauit me. Quis enim aliis cordis duritiā  
 mollire posset, nisi ille, cuius passio petras sc̄i  
 dicit?

## HOMILIA

dit? Mollit Deus cor hominis, cùm illud aptū facit ad eruditionem, & correctionem: quoniam id quod molle est, facile penetrari potest: quod autem est durum, difficilimè pene tratur. Deus ergo emollit cor nostrum, ut inspiratione eius, & verba prædicantium, & correctiones prælatorum illud penetrare valeat. Tunc cor nostrum conturbatur, cùm extimore imminentis iudicij in melius commutatur. Solus ergo deus est qui cor nostrum emollit, solus qui conturbat nos. Solus ille est, cuius patientia nos ad poenitentiam ducit. Solus etiam, qui poenitentiam donat. Nam beat⁹ Paulus docet, poenitentiam esse donum Dei: cū in

**actim. 2.** posteriore ad Timotheū epistola admonet, ut cū modestia corripiamus eos qui resistunt veritati, nequādo det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatē. Ex quo Pauli loco, beatus Augustinus in enchiridio, ca. 82.

colligit: q̄ non solū cū agitur poenitentia, sed etiam ut agatur, necessaria est Dei misericordia. Et hæc est misericordia illa, de qua propheta in alio quodam psalmo ait. Misericordia eius præueniet me. Nihil enim est in peccatore, à quo bonū verum prodire possit, quæ regeat Dei misericordia, quæ illū ad bonū excitet. Antequā ergo peccator poeniteat, misericordia Dei præuenit cū. Verū multi pœnitentia

tentia ducti sunt, sed infructuosa, quorū pœnitentia reprobata est, sicut & culpā: quoniā sicut nonnunquani peccatori speranti, diabolus pœnitentiam tollit: ita pœnitenti, spem veniæ adimit. Iudas enim, qui Christum tradidit, peccati sui pœnitentiam gessit: sed veniam non obtinuit, quia eam non sperauit. Sic enim de illo euangelista loquitur. Tunc Mat. 27  
 videns Iudas qui eum tradidit, quia damnatus est, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens. Peccavi, tradens sanguinē iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos? tu videris. Et projectis argenteis in templo, recessit, & abiens, laqueo se suspendit. Merito quidem pœnituit: quia peccauit tradens sanguinem iustū: sed ideo fructum pœnitentiae non est asservatus: quia peccatum traditionis suæ, ipso quem tradidit, non sperauit sanguine diluendum. Si dixisset ex animo, peccavi, miserere: paratus erat Deus ad miserandum, sicut misertus est David: quia in Dei misericordia totā suā spem fixerat: & ideo dicebat. Auditā fac mihi manū misericordiam tuam, quia intesperavi. Propter quam causam, oportet nos cum propheta orare, & dicere. Commouisti terram cordis mei, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est. Salubris aups. 142.  
ps. 59.  
2206.

# H O M I L I A

tempōnitentia, dupli ratione consistit: si videlicet, nec pōnitentia deserat sperantem, nec spes deserat pōnitentem. Ac per hoc ex toto corde renunciet peccato, & toto corde spem remissionis figat in Deo. Sieque faciēs peccator, quarta tunc sequetur Dei misericordia, quae illum pōnitentem misericorditer suscipit: ut in illorum numero inueniatur

**Psal. 31.** de quibus psalmista ait, Beati quorum remissae sunt iniuriae, & quorum testa sunt peccata. Hæc magna est misericordia: quoniam qui lubens à Deo recessit, dignus erat, ut cùm rediret, non reciperetur: etiam si peccatum illi dimitteretur. Non enim natura ipsa cōsequitur, ut is cui peccata dimissa sunt, sit ipso iure remissionis, in amicitia gratiā receptus. Posset namq; Deus unum ab altero separare, ita videlicet, ut peccata dimittat, nec tamen gratiam concedat. Sic enim ab hominibus facti tari, experientia docente, agnouimus. Nam idem Dauid rex, qui peccatum suum nūc de-

**3. Re. 4.** plorat, & misericordiam petit, Absalonī filio delictū homicidij hac lege remisit: ut faciem illius non videret, nec ante illius cōspectum veniret. Deus autē non sic: quoniā viæ illius,

**Efai. 55.** vt ipsemet ait, non sunt sicut viæ nostræ. Magna proinde misericordia Dei est, qui peccatori, dignè (vt decet) pōnitēti, & peccata condonat,

donat, & gratiā deinde largiens, illū in domo  
 sua recipit: & hoc non semel aut iterū. tātūm,  
 verū etiā si millies peccauerit. Inter homi-  
 nes contingit aliquādo: vt is qui ignoscit, ex  
 metu cōdonet iniuriā, aliquando etiā si velit,  
 vlcisci non potest. Deus autē, qui solo nutu  
 potest perdere quorūnot velit, quoties à no-  
 bis offensus fuerit, spretus & abnegatus to-  
 ties tolerat, inuitat, recipit, & amplectit. Nul-  
 la est peccatorū multitudo, cui non sufficiat  
 diuina misericordia. Nulla est peccati lōgāni-  
 tas, quæ diuinā possit impedire misericordiā.  
 Non enim sicut peracto quodam tēporis spa-  
 cio à legibus humanis statuto, nullus finitur  
 ip̄sis legibus ablata repetere: sic legibus divi-  
 nis post lōga peccādi spacia, non licet in dū  
 gētiā postulare. Absit, ut hoc tribuamus piet-  
 tissimo Deo nō, quod ad lites tollēdas ad in-  
 uenit humana cōditio. Nulla prolixitas tem-  
 poris vel æquitati diuinæ, vel pietati praejudi-  
 cat. Pœnitētia nūquam est apud Deū sera, iu-  
 cuius conspectu semper pro præsehībus ha-  
 bētur tam p̄terita q̄am futura. Si diutuui  
 tas peccatorū, Dei vinceret misericordiā, non  
 in ætate nouissima Ch̄rus veniret, vt peccatū  
 mūdi pereuntis auferret. Si aliquā ætate iudi-  
 caret dñs pœnitentiae remedio inceptā, nō di-  
 versis tēporibus vōcaret, & mitteret operarios Mat.20  
 13.13.7 in vi-

## H O M I L I A

in vineam suam. In diuersitate quippe horarum, iuxta sanctorum interpretationem, intelligitur aetatum diuersitas. Sicut igitur in quacunq; hora veniens ad laborem vineæ recipitur, & merces illi datur: ita quacunq; aetas revocatus, si benignitatem vocantis domini non spernit (vocat autem Deus omni hora) necesse est, ut denarium etiam vitaे perennis accipiat. Nullum est tam grauissimum peccatum, cui non sufficiat diuina misericordia. Nullum tam lethale crimen, cui non possit Dei misericordia mederi: & peccatorem tali peccato infectum etiam cum mortuus fuerit, a morte ad vitam reuocare. Hoc enim tres illi mortui portendunt, quos dominum Iesum

**Matt. 5.** Christum suscitasse, euangelia testantur. Archisynagogi filia, quam intra domum, paucis admissionibus suscitauit, eum figurat, qui sola cogitatione, aut voluntatis proposito peccauit, nondum perducens ad opus quod mente decreuerat, hunc porrecta manu facile erigit dominus Iesus: tegens etiam illius turpitudinem, adiuuans eum, ne quod in corde facie-

**Luc. 7.** bat, in conspectu omnium effundat. Adolescentes viduae filius, qui iani efferebatur ad sepulchrum, illos designat, qui peccatum suum, non intra solas cordis latebras continuerunt, sed opere impleuerunt, quod in corde disposerant:

rant: ita ut non solum conceperint dolorem,  
sed etiam pepererint iniquitatem. Quisquis  
talis est, per publicam pœnitentiam reuoca-  
tur ad vitam. Residet enim, cum peccare desi-  
nens, erigit se ad propositum vite melioris.  
Loquitur, cum confessus suam turpitudinem,  
petit Dei misericordiam. Redditur viuus ma-  
tri, cum peractis medijs, restituitur ecclesiæ  
communioni. Lazarus deniq; iam sepultus, *Ioan.ii.*  
qui iam fœtebat in monumento & velutiam  
de vita desperatus deflebatur a sororibus &  
amicis, illum designat, qui obduratum habes  
cor, sub peccati obstinatiœ iacet, ut nec Deū  
nec homines vereatur, nec suæ saluti, nec fa-  
mæ consulens. Sed hunc etiam dominus su-  
scitat, magno clamore iubens illum prodire  
foras. Vos ergo si vocem eius audieritis, noli-  
te obdurare corda vestra: quia etiam si mor-  
tui peccatis fueritis suscitabit vos dominus Ie-  
sus: quoniam nullum est genus mortis tam  
deploratum & conclamatum, quod ille sua  
voce non propellat, ad cuius vocem resurgunt  
etiam hi qui in monumentis sunt. Ex quibus  
omnibus conuincitur, & prosternitur Noua-  
ti impia sententia, quæ tantum diuinam im-  
minuit misericordiam, ut dixerit semel lapsis  
non esse dandam indulgentiam. Dura qui-  
dem sententia, & à diuina misericordia nimis  
aliena.

## HOMILIA

aliena. Si non est dāda lapsis venia, perijt omnis Dei misericordia. Si pœnitentia non profert peccantibus, inanes sunt illæ omnes diuinæ promissiones, quibus promittit se omnium iniuitatum non recordaturum, si impius pœnitentiam egerit. Deus igitur inuenietur mendax? Absit. Nec opus est, vt aduersus tam insanum & dementem errorem pugnemus, aduersus quē tota sacra pagina pugnat: quia nihil aliud tantum prædicant & inculcant sacræ literæ, quantū Dei erga peccatores misericordiā. Et vt omnia alia omittam, il

**Iud. est apertissimum diuinæ misericordiæ**  
**Eze, 18. testimonium, quod per Ezechielem Prophætam, ipse piétissimus Deus ait. Si impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, omniū iniuitatum eius, quas operatus est, non recordabor. Ex quo colligi mus, nullū esse tam lethale crimen, cui misericordia diuina non valeat subuenire, & quod per pœnitentiā deleri non possit. Verūm hīc obstat aliquis de spiritu blasphemiarum, siue de peccato in spiritu sanctū, de quo saluator ait. Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autē blasphemiarum non remittetur. Et quicunq; dixerit verbum contra filiū hominis, remittetur ei: qui autē dixerit contra spiritū sanctū, non remittetur ei in hoc seculo,**

seculo, neq; in futuro. Peccatum ergo in spiritu sanctū irremissibile c ēlebitur. Fatemur quidē peccatū hoc nunquā remittendū, quia peccatorē nunquā illius pœnitet. Nam peccatū in spiritū sanctū, beatus Augusti. censem Epi. 50; illud dici, in quo quis vſq; ad ultimū vitæ hia tum perseverat. Et tale non est dignū misericordia: quia de illo nūquā fuit suscepta pœnitentia. Nam si illud vſq; ad poenitentiā peruerteret, experiretur utiq; in sebonitatē diuinæ misericordiæ, quæ nulli pœnitenti non parcit. Nec parcit modò, sed donaria multa tribuit, quæ in libro Job enumerantur, his verbis. Si re Job. 2; uersus fueris ad omnipotētem, ædificaberis, & lōgè facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos: eritq; omnipotens cōtra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. Per terram conuersatio terrena denotatur: per silicem, boni operis fortitudo: per torrentes verò aureos, doctrinæ cœlestis affluētia significatur. Pro terra ergo silicē dat, cùm carnalem & abiectā vitā in bonæ operationis fortitudinem mutat. Pro silice quoq; torrentes aureos præstat, cùm boni operis laborē, cœlestis sapientia incedere remunerat. Et propter hanc causam, (vt arbitror) Paulus postquā appellauit 2. Co. 1. Deū patrē misericordiarū, dixit etiā illū esse Deum

# H O M I L I A

Deum totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Quibus verbis Apostolus aliquid misericordiae diuinæ addere voluit, quo effusissimam Dei in peccatores misericordiam explicaret. Nam ad misericordiam solum pertinere videtur iniurias condonare. Verum Deus non hoc contentus, ex ultore fit consolator, non solum peccata dimittens, sed etiam gratiam, qua deinceps in futurum cauere valeant, praestans. Et hoc est, quod nunc proxime ex libro Iob protulimus Dabit pro terra silicem. Hoc est, pro infirmitate fortitudinem, pro silice torreates aureos, id est, pro ignorantia & cæcitate ex peccato contrafacta, aquam sapientiae salutaris. Hoc to

*Luc. 15.* tum, parabola illa euangelica de filio prodigo, apertissime ostendit. Hic enim cum peregre profectus abiisset in regionem Ioginquam, in qua receptam a patre substantiae portionem quæ illum contingebat, dissipasset : urgente postmodum fame, agnoscens domus patris meliorem conditionem, quippe quæ abundaret panibus pro mercenarijs, nedum pro filijs, ad patrem reuersus est : qui videt filium humiliiter peccatum sum agnoscetem, in illius amplexus, & oscula ruens, induit illum stolam primam : dat anulum in manu illius, calceamenta in pedibus eius: iubet adduci & occidi

occidi vitulū saginatum, parantur epulæ, sic  
 denique lætitia magna: quia filius qui mor-  
 tuus erat, reuixit: qui perierat, inuentus est.  
 Non fuit contentus pientissimus pater filio  
 parcere, sed eum etiam in domū benignè &  
 magna cum lætitia recipere, & donaria insu-  
 per pretiosa tribuere, ut omnino mutatus es-  
 set in virum alterum. Hanc Dei misericor-  
 diam Dauid agnoscens, in illa velut in tutissi-  
 mo portu, spei anchoram figens, quippe qui  
 in sola Dei misericordia confidebat, preca-  
 tur Deum, sic inquiens. Et secundum multi-  
 tudinem miserationum tuarum: dele iniqui-  
 tatem meam. Dele tu qui solus delere potes:  
 nisi tu deleueris, non est qui delere possit. Nō  
 est qui possit facere mundum de immundo  
 conceptum semine, nisi tu qui solus es. Tu  
 enim me peccantem patienter tulisti, dissim-  
 mulasti. Verum quia ego cæcutiebam, pec-  
 catum meum non agnoscens, tu per Nathan  
 me docuisti, ut illud agnoscerem. Tu me ad  
 pœnitentiā adduxisti. Ut nihil ergo iam tuæ  
 desit misericordiæ, dele iniquitatē meam:  
 remitte peccatum, & gratiā confer, qua  
 possim assequi vitā æternā: quā  
 nobis ipsa misericordia diui-  
 na aliquādo præstare di-  
 gnetur. Amē.

# HOMILIA

## Homilia sexta.

*Amplius laua me ab iniuitate mea, & à peccato meo munda me.*

Vltim de misericordia diuina cōfudit, qui tā multa ab eo petere nō veretur. Magnam misericordiam supra petiit, quia magnum suum esse peccatum cognoscebat. Quia verò non vnum, sed multa peccata se commisisse sciebat, multitudinem misericordiarum implorauit. Nunc denique quia peccata sua nimis tenaciter sibi hæfisse sentit, multūm lauari ab iniuitate sua petit, vt plenē mundus euadere possit. Et ideo ait. Amplius laua me ab iniuitate mea, & à peccato meo munda me. Vel (vt translatio Hieronymi iuxta hebraicam veritatem ait.) Multūm laua me ab iniuitate mea. Vnde colligimus in vulgata editione, comparatiuum esse subrogatum loco positui: ita videlicet, vt illa vox, amplius, tātandem valeat, sicut multum. Multūm ergo lauari petit ab iniuitate: quoniam eam agnoscebat esse latissimam maculam, quæ cor suum sic fœdissime infecerat, vt multum lauari indigeret aquis diuinæ misericordiæ. Nam pannus, qui nimium infectus est, non semel tantūm, aut iterum lauari debet, vt plenē

nè mundus euadat. Dauid ergo, qui multūm lauari petit, hoc ipso fatetur se nimis infectū ab iniuitate sua. Hunc autem esse germanū huius versiculi sensum clariū expressit alia trāflatio: videlicet Ioannis Cāpensis, quæ sic ait. Magis ac magis ablue me à scelere meo. Ex qua Dauidis petitione colligimus, peccatum esse maculam, quæ non seniel, sed iterum atque iterū lauanda sit, ut plenē munde tur. Primum ergo quod nunc à nobis méritō posse exigi video, est ut doceamus peccatum esse maculam. Alterum, quo pacto hæc macula lauanda sit. Peccatum esse maculam & sordes, satis apertè ostendit illud, quod Deus per Matthæum ait. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta falsa testimonia, blasphemiae, hæc sunt quæ coinquinant hominem. Peccatum ergo animam inficit & inquinat. Nec tamen omne peccatum eodem modo inficit. Variatur siquidem inquinamēta iuxta peccatorū varietatem: quoniam aliud, alio modo inquinat. Omne autem peccatorum genus, ternatio concluditur, quod Ioannes enumerat, dicens. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Et omne quod inquinat repotest (quātū ego c̄stimo) tripliciterū differe-

## H O M I L I A

rētia clauditur. Aut enim fumus est, aut puluis, aut liquor aliquis, siue id quod liquari potest. Fumo cōparatur superbia: pro eo quod fumus alta petit, oculis nocet, citò euaneat & pertransit. Talis est per omnia superbia, quæ altos semper petit honores, nō expectat ut dicatur illi, amice ascende superius, sed ipse met in alto se collocat, ambulans in magnis & in mirabilibus super se. Hæc oculis obest: quoniam nihil æquè intellectum hebetat, ac superbia. Propter quod Paulus de ethniciis

Rom.i. philosophis loquens, ait. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Quātum autem hic superbiæ fumus oculis animæ noceat, vel inde colligi potest, quod sola superbia efficit, ne homo se ipsum agnoscat. Nemo enim se agnoscit auarum, nemo cupidum, nemo ambitionem, nemo deniq; superbum: quoniam ipsam superbiā, quæ tantæ cæcitatis est parēs & origo, nemo se habere conoscit. Superbia ergo lœdit oculum mentis, sicut fumus oculum corporis. Fumus insuper inficit parietes quamlibet albos, & denigrat eos: sic superbia mentes. Propter quod Hieremias de Nazareis loquens, cùm dixisset eos candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores, continuo sub Th.4. iunxit, Denigrata est super carbones facies eoru.

eorum. Cùm candidiores niue, & nitidiores lacte describantur, eorum tamen facies denigrata esse dicitur: quia cùm de receptis virtutibus per elationem inaniter gloriantur, illorum candor & nitor, in carbonum nigredinem commutatur. Nazaræ orū nomine, abstinentium & continentium vita significatur: quo niā (vt ex libro Numerorū patet) Nazaræo-  
rū lex tota in abstinentia & continētia sita fuit. Horū vita cādidiōr niue, & nitidiōr lacte describitur. Per niue, candor vitæ coelestis significatur: quia nix ex aqua, quæ desuper venit, congelascit. Per lac autē, quæ ex carne ad patuulorū alimētum exprimitur, rerum tēporaliū in pauperes distributio denotatur. Et quia plerūq; continentis viri in ecclesia tā mira opera faciunt, vt ab eis multi, qui facultates suas pauperibus distribuerūt, superari videātur, cādidiōres niue, & nitidiōres lacte dicuntur. Et quia per feruorem spiritus, antiquorū patrū nonnunquā vincere vidētur vitā, subiūxit, Rubicūdiores ebore antiquo. Nam ruboris nomine, sancti desyderij flamma significa-  
tur. Ebur autem antiquum, ex candore in ruborem vertitur. Ebore ergo antiquo rubicundiores sunt: quia sāpe nonnullos præcedentes patres inferuore superare hominum aestimatione putātur. Sed quia his virtutibus de seipsa

## HOMILIA

seipsa mens plusquam decet presumit, & per elationem se super alios subleuare nititur, superbia denigranter fuscatur. Propter quod meritò subiungitur. Denigrata est super carbones facies eorum. Nigri post candorem sunt: quia cum de susceptis virtutibus inter gloriantur, pulchritudo virtutum a fumo superbiæ denigratur. Altera est etiam immoditia, quæ ex puluere superfuso contrahitur. Talis est auaritia, quæ in rerum terrenarum amore & possessione consistit. Has enim terras possessiones, pulueris nomine, appellat scriptura. Nam de auaro, cui terrena diuitiae dominantur, Iob loquens, ait. Impius absconditur in puluere suo. Hic est puluis ille, Mat. 10 quæ Saluator noster præcepit discipulis suis de suorum pedibus exoutere, cum a ciuitate, aut domo pacis indigna exirent: significans eos qui mundum relinquunt, debere omnes has mundi facultates a suis affectibus procul abigeri. Auaritia ergo, quæ pulueris rebus inserviet, animam inquinat: perinde ac puluis vestitus. Est adhuc tertium immunditiae genus, item videlicet liquidarum aut liquabiliū: ut suum oleum, cera, seuum. Tales sunt delicia: quoniam blandæ sunt, & placidæ tactui, quæ admodum illa omnia. At illa non solùm inquinant ea, quibus hærent, sed insufficient: sic euā

etiā deliciæ. Hinc apud sapientē dicitur. Qui Eccl. 13.  
 tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Bene au  
 tē carnis deliciæ comparantur pici; quoniam  
 pix facile hæret, & hærens adeò tenaciter im  
 primitur ut vix elui poscit. Sic carnis deliciæ  
 facile homines ad se trahunt, difficilimè ta  
 men ab illis euelluntur, qui illas semel exper  
 ti sunt. Nam Oseas propheta de illis ait. For  
 nicas sunt, & non cessauerūt. Videte quo mo  
 do nō cessant: quoniam & si vocantur ad eos  
 nam gloriæ, ut tamē delicijs cupitis fruātur,  
 venire renuunt. Nam vñus ex illis, qui ad eos  
 nā in uitati fuerāt, dixit. Vxorem duxi, habe  
 me excusatū. Meritò ergo carnis deliciæ pici  
 cōparantur, quæ sic tenaciter hærent, vt illa.  
 Et qui hāc deliciarum picem tetigerit, inqui  
 nabitur fœdissimè, sic vt difficilimè mundar  
 tur. Dauid ergo cognoscēs peccatū suū, &  
 sciēs maculā quā inde cōtraxerat esse tenacis  
 simè impressam & difficilem mundari, petit  
 Deū, vt multū lauetur, dicens, Amplius la  
 ua me ab iniuitate mea: & à peccato meo  
 munda me. Duo petit videlicet, lauari ab ini  
 quitate, & mūdari à peccato, Nō enim id ē ini  
 quitas, & peccatū. Nā iniuitas, iuxta Ambro  
 sis sententiā, ad mentis improbitatem refertur:  
 peccatum ad corporis prolapsionem. Iniui  
 tas in mente latet: peccatum foris prodit.  
 .0112

# H O M I L I A

**Job. ii.** **Vt** autē aliquis iustus inueniatur , ab vtroq;  
mundari oportet: quēadmodum in libro Job  
dicitur. Si iniquitatē, quæ est in manu tua, ab  
stuleris à te, & nō māserit in tabernaculo tuo  
iniustitia, tunc leuare poteris faciē tuā absq;  
macula. Quibus verbis, duo exigere videtur  
ab eo qui immaculatus esse cupit , videlicet,  
vt iniquitatē, quæ est in manu sua, auferat: &  
nō maneat in tabernaculo suo iniustitia. Per  
quæ , duo peccatorum genera significare vi-  
detur. scilicet peccatum in cogitatione , & pecca-  
tum in exteriori operatione. Per manum. n.  
operationes nostræ designātur : prout in illo  
**Pro. 19.** Solomonis loco patet vbiait. Abscōdit piger  
manū sub ascella, nec ad os suū applicat illā.  
Quia enīm ore loquimur, manu autē opera-  
mur, ille ad os suū manū nō porrigere dicitur  
qui dictis, facta nō equat. Iniquitatē ergo ille  
in manu habere dicitur , qui eā vsq; adexte-  
riorē operationē perducit. Per tabernaculum  
autē cordis secretū intelligitur, in quo abscon-  
dimur, ne aliquid cogitātes ab hominibus vi-  
deamur. Iniustitia intra tabernaculū manet,  
quoties peccatū intra cordis latebras cōtinet.  
Ille ergo faciē absq; macula habet: quia manu  
abstulit iniquitatē, & à tabernaculo iniustitiā  
quia ille eōsciētiā mūdā & immaculatā habe-  
re dicitur, qui nec opere, nec cogitatiōe pecca-  
uit.

uit. Ex quibus colligimus, animā nostrā dupliciter maculari: opere. s. malo , & mala etiā cogitatione , aut volitione. Qui ergo nec bene operatur, nec bene cogitat, is duplē maculā se habere conuincitur. Quæ duplex macula, in dupli lepra, quam Leuiticus liber in Leui. 1. carne & in cute esse describit, figuratur. Nam lepra in cute, peccatum in exteriore operatio ne significatur. Lepra verò in carne : peccatū in cogitatione. Hinc anima iusti, quæ de spiritali pulchritudine in canticis laudatur, bis pulchra esse dicitur. Quàm pulchra es ( in- Can. 4. quit) amica mea, quàm pulchra es , vt eam in exteriori, & interiori conuersatione pulchrā esse innueret. Nam alioqui sufficiebat semel dixisse pulchram. Dauid ergo, qui plenè nū dari optat , vtrāq; maculam à se auferri petit, operis. s. & cogitationis: & ideo ait. Amplius, vel multū, laua me ab iniuitate mea: & à peccato meo mūdarne. Ita vt (iuxta diui Am- brosij sentētiā) iniuitas ad interioreni: pec- catum autem ad exteriorem culpam referā- tur. Verūm percōtari hīc libet: quare Dauid, qui iam mundus erat , iterum lauari postu- lat? Nonne ipse ad vocem Nathan Prophetæ statim agnouit, & confessus est peccatum suum? Nōne lachrymis suis stratum suum ri- gauit? Quid igitur amplius petit? Nunquid

# H O M I L I A

forte trepidat timore , vbi nullus erat timor?  
Securum certe illum suæ lachrymæ reddere

**Eze. 18.** debuissent: quoniā iuxta Dei promissum, in  
quacūq; hora peccator ingemuerit, amplius  
illius Deus non recordabitur. Quid ergo am-  
plius lauari postulat? Petit certe amplius la-  
uari: quia licet lachrymæ lauēt sordes pecca-  
torū, non tamē quantæcunq; lachrymæ sunt  
satis quālibet graui peccato. Nam grauia pec-  
cata (teste Augustino) grauissimis indigēt la-  
mentis. Scio tamen esse aliquos ex recentio-  
ribus theologis aliter sentientes, qui peccanti-  
bus facile securitatē promittunt: dicētes, mi-  
nūmā quanq; peccatorū pœnitudinē (modò  
illa ex Dei amore procedat) ad grauissimum  
quodq; peccatorū delēdum sufficere. Quæ sen-  
tētia, vt inā tam vera esset, quām pia: verior ta-  
men ne qui ita senserunt, experientia illos do-  
cēte, aliter nūc iam sint sentire cōpulsi. Nam

**Deut. 5.** si (scriptura sacra testātē) pro mensura delicti  
erit plagarū modus, cur non etiā pro inēsura  
delicti erit pœnitudinis aut doloris modus?  
Pr̄sertim cùm peccatorū remissio, quæ pœ-  
nitentia interueniente pr̄stat, non extra  
iustitiae regulas fieri credatur. De illis, qui ita  
sentiunt, Hieremias Propheta locutus fuisse

**Hier. 6.** videtur: cùm ait. Curabant contritionem fi-  
lii populi mei cum ignominia, dicētes: pax  
pax:

pax: & non erat pax. Cum ignominia & cōtritionem populi curat: qui peccanti, & non satis poenitenti continuo securitatem promittit. Qui omnem dolorem, omni peccato sufficiente credunt, similes mihi videntur in medicis imperitis, qui nulla morborum ratione habita, eodem pharmaco omnibus mederi nituntur, cum aliis morbus aliud medicamentum requirat: & alius peccatum aliam poenitentiam postulet. Et in hanc sententiam omnes veteres theologi nō solum quos scholasticos vocant, quibus non parum debet: sed priores illi ecclesiæ patres, sanctitate perinde ac doctrina illustres, manibus (ut dicitur) ac pedibus eunt. Equibus quoniam aliorū sententia iam vulgo est manifesta: vnum solum Cyprianum in huius sententiae testem producam: qui circa calcem cuiusdam sermonis, qui inscribitur. De lapsis, sic ait. Deus quantum patris pietate indulges semper & bonus est, tantum iudicis maiestate metuendus est. Quā magna deliquimus, tan grāditer defleamus. Alto vulneri diligens & lōga medicina non desit. Poenitētia minor crimine non sit. Putas ne tu dominum citò posse placari, quē verbis perfidis abnuisti: cui patrimonium preponere maluisti: cuius templum sacrilega contagione violasti: Putas facile misericordiū tui, audi sp

Cypria  
nus.

quem

## H O M I L I A

quem tuum non esse dixisti? Hæc & multa  
alia huic proposito conducentia, illo loco dis-  
serit Cyprianus. Cuius verbis nil apertius in  
huius sententiæ fauorem dici poterat. Malo  
igitur cū Cypriano, Augustino, Ambrosio,  
Isidoro, & (vt ad inferiores descendam) cum  
Thoma, Bonaventura, Alexandro sentire,  
quam cum his neotericis, qui diuinam mis-  
ericordiam nimium extendere volentes, fortè  
rumpunt. Dicamus ergo nos, peccatorum re-  
missionem, diuino tantum iudicio pensari,  
nō humano. Ac proinde cùm nos lateat ipsa  
lachrymarum mensura, quæ peccatis lauādis  
sufficiat, oportet, vt nunquā simus securi hac  
sola fiducia, quod iam pro peccatis nostris in  
gemuimus. David igitur agnoscēs peccatis sui  
foeditatē, & nesciens an satis lachrymarū ad il-  
lam abluerit, precatur, dicens. Am  
plius laua me ab iniuitate mea: & à peccato  
meo munda me. Ac si diceret. Scio quidē me  
lachrymis meis esse ablutū, nescio tamen an  
plenē mundus euaserim: quia nescio, an satis  
lachrymarū effuderim, quæ tot tātasq; pecca-  
torū maculas mundare valuerint. Ideo peto,  
vt gratiam flendi, quam semel impartitus es,  
nō subtrahas: quin potiū oculis meis tribuas  
fontē lachrymarū, vt incessanter pro pecca-  
tis meis plorē, lachrymasq; vberium emittā,  
quibus

quibus bene melauare possis. Aut aliter. Ideo amplius lauari petit, aquis videlicet diuinæ misericordiæ: quoniā scit omnes huius mundi lachrymas nō sufficere ad abluedas sordes peccatorū, si districto iudicio Deus cū peccatoribus agere velit: quod testimonio Job cōprobatur, qui ait. Si lotus fuero quasi aquis Job. 9. niuis, & velut mundissimæ fulserint manus meæ: tamen sordibus intinges me. i. sordibus intinctū me esse cōuinces. Nam Deus eos sordibus intingere dicitur, quos sordibus intinētos esse demō strat. Conuincet autē quemlibet sordidū esse, etiam si quis niuis lotus fuerit. Aquæ niuis, quæ ex cœlo defluunt, & nō ex terra, sicut fontiū & fluminum aqua, eas lachrymas designat, quas Deus inspirat, quæ pro cœlestiū, & non pro terrestriū amore fundūtur. Verū & si huiusmodi lachrymis peccator lauetur, immundus tamē à Deo iudicabitur: si Deus illū ad nimis exactum iustitiæ gnomonē examinare velit. Et ob hanc causam Dauid etiam postquam peccatum suum agnouit, & illud fateri non erubuit, etiā postquam lachrymis suis stratū suum rigauit, & poculū suum cum fletu miscuit: videns hæc omnia, nisi Deus sua misericordia lauare dignetur, non sufficere ad peccatorum sordes abluedas, Deum orat, ut illum mundare dignetur,

# HOMILIA

tur, dicens. Amplius laua me ab iniuitate  
mea, & à peccato meo munda me. Ac si dice-  
ret. Scio domine virtus salutis meæ, tot tan-  
tasq; esse peccatorum meorum fortes, q; etiā  
si omnia ossa mea liquentur, & per oculos in-  
lachrymas defluant, mundare me non pos-  
sunt. Tu ergo, qui plusquā omnes illæ potes,  
laua me ab iniuitate mea. Tu qui solus mū-  
dum de immūdo facere potes: à peccato meo  
munda me. Laua me primū, doctrina tua  
mundissima: ut illis annumerari valeam, qui

**Ioan.15.** bus Ioannes te dixisse refert. Iam vos mundi  
estis, propter sermonē quem locutus sum vo-  
bis. Amplius laua me aqua gratiæ tuę, de qua

**Ioan.4.** qui biberit non sit et iterū, sed fiet in eo fons  
aqua viuæ salientis in vitam æternam: quam  
nobis præstare digneris per merita Iesu Chri-  
sti filij tui, qui tecum & cum spiritu sancto vi-  
vit & regnat in secula seculorum. Amen.

## Homilia septima.

*Quoniam iniuitatem meā ego cognosco.*

**P**unctionis, quam in hoc Psalmo  
Dauid facit, propositionē: hucusq;  
audistis, cùm videlicet, suorū pec-  
catorum, quæ magna, & multa, &  
tenacissimè impressa esse innuebat, veniā po-  
stulauit

Stulauit à Deo, eius misericordiam, cùm ex magnitudine, tum ex multitudine magnificè extollens, quo animum Dei, quem sibi iratum censebat, conciliaret: & benignorem ad precationem ipsam audiendam redderet. Nunc iam audite argumenta quibus vrgere incipit, Deum ipsum quasi cogere voleus, vt illi misericordiam præflet. Et primum argumētum sumit ab honesto, quod legibus nititur, sic inquiens. Quoniam iniuitatem meā ego cognosco. Qui confessus fuerit peccata Pro. 18,  
 sua(ait sapiens) misericordiam consequetur. Ecce legem pientissimam, quam pro delinquentibus in via dedit misericors & miserator dominus. Dauid peccatum suum agnoscit, nec abscondit illud, inquit fateretur: & hanc peccati sui cognitionem, & cōfessionem pro argumento sumit, quo Deum ad misericordiam flectat, inquiens. Quoniam iniuitatem meam ego cognosco. Cūm ego peccatum meum celabam, dignus non eram, cui veniam præstares: quia scriptum est, Qui ab Pro. 18,  
 scundit scelera sua, non dirigetur. Et talibus per quēdam Prophetam minatur dominus, dicens. Si celauerint se ab oculis meis in profundō maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos. Mare profundū, quod nemo scrutari potest nisi solus Deus, cor humanum est.  
 a. sp. in  
 In hu-

# H O M I L I A

In huius maris profundo se celat, qui peccata sua inter cordis secreta sic abscondit, ut ea consideri erubescat. Sed hunc talem, Deus tradit diabolo, ut mordeat, & tandem in ventrem suum, hoc est, in infernum deglutiat. Si ego peccatum meum celarem, dignus essem, cui tuā denegares misericordiā: nūc verò qui iniuriam meā cognosco, dignus sum, ut mihi misericordiā praestes. Primus gradus ad corporis sanitatem recuperandā, ut eger morbum, quo laborat, agnoscat: quia quod magis se recte valere putat, eo minus auxilia medicorum requiret, & (quod damnabilius est) si quod forte morbi antidotum illi ultrò offeratur, tanquam qui non egeat, contemnet: insuper & fastidiet. Et hinc euenit, ut periculosisimè ægrotet, qui se ægrotare ignorat. Sic etiam qui se peccasse non agnoscunt, salutem animaliæ assequi nō possunt: quia medicinam peccato necessariam nunquam requirent, medicum contemnent. Nunquam enim poenibit facti, nisi qui prius se male egisse intellexerit. Nunquam etiam dicet in aurem confessori, quod peccatum esse non putat. Sunt autem (heu nimiū multi) qui etiam cum scelus aliquid graue cōmiserint, se male egisse non putat: immo potius tanquam de excellenti aliqua virtute gloriātur. Si virginis pudicitiam aliquis

aliquis expugnauit: aut si viduæ obstinatum  
 in pudicitia animum alius emolliuit: si nec  
 hominis, si latrocinij infidias machinatus est:  
 si ex rapto viuit: quisq; horum, hoc quod a-  
 git, putat esse virtutē. Et hinc euenit, vt cūm Prou. 2:  
 malè fecerint, lætentur (prout ait Sapiens) &  
 exultent in rebus pessimis, qui dolere, & qua-  
 si luctum vnigenitæ planetum amarū facere  
 debuissent. Hi miseri peccatores sunt phrene-  
 ticissimiles: qui cūm morbo grauissimo labo-  
 rent, rectē tamē se valereputant: rident, iocan-  
 tur, exultāt, tanquā si nihil patiātur. In medi-  
 cos furiunt: curati se nō permittunt: sequiūt in  
 eos qui illis seruiūt. Nonne hæc & multò plu-  
 ra faciunt qui peccata sua nō agnoscunt? qui  
 sceleris sua putat esse virtutes? Ridēt, exultāt,  
 ducūt in bonis dies suos: tāquā si incolumes es-  
 sent: sacerdotis admonitionē non patiuntur:  
 corrigi se ab alio nō sustinēt: in predicatores  
 sequiunt: parētibus nō obediunt. Nullam de-  
 niq; medicantis manū admittunt: quę om-  
 nia ex ea radice oriuntur: q; videlicet se ægro-  
 rare ignorant: peccatum suum non agno-  
 scunt: quo sit, vt pristinæ incolumentati non  
 possint restituī. Proprius quod in alio quodā  
 psalmo Propheta ait. Corruptæ sunt cicatri. Psal. 37.  
 ēs meę à facie insipientiæ nieę. Achi diceret.  
**Quia** enim tam insipientiū, vt peccatorum

# H O M I L I A

meorum cicatrices nō agnouerim, præteritis  
qua addidi peccata: sicque factū est, vt nulla  
illis p̄fuerint medicina: sed iam putruerint &  
corrupta sine cicatricēs peccatorum meorū.

**Luc. 19.** Non ob aliam causam dominus Iesus ciuita-  
tem Hierosolymam à longè aspiciens, tenevit  
super illā, nisi quia non agnoscebat peccata  
quæ commiserat, nec cognovit tempus visita-  
tionis suæ, habebantque illam malorū chilia-  
des quæ illi superuenturæ erant. Misericordia ita  
que p̄fectissimus dominus illius, tanquam  
phrenetici, qui sui non miseretur, eo q̄ mor-  
bum suum non agnoscit. Quod autem pecca-  
tor non agnoscat peccatum suum, sed potius  
contrā, putet esse virtutem, inde (vt æsti-  
mo) cœnit, quia suis peccatis est nimio affectus,  
illa ardenter diligit. Nam (vt ait Job.)

**Iob. 6.** animæ esurienti etiam amara dulcia esse vi-  
dentur. Quod autem quisque diligit, illud  
putat esse bonum: quoniam affectus si vehe-  
mens est, trahit ad se iudicium rationis, a-  
deo, vt intellectus velut improbus consul de  
illa recenseat, prout voluntati placere cogno-  
uerit: et qui voluntati consulere debuisset  
quid illi agendum sit, eandem ipsam consu-  
lit voluntatem, qualem sit ipse censuram  
dicturus: quo fit, vt voluntas non ex iudicio  
rationis, sed ratio ex arbitrio pendeat volun-  
tatis

tatis. Et ex hoc immodico rerum amore eue-  
nit: ut quæ turpia sunt, pulchra nimis videan-  
tur amati. Quo fit, ut nullus sit, qui rebus suis  
non delectetur, nullus qui suis liberis, suis ar-  
tibus, sua patria, suis operis, non faueat. Nemí  
nem tam modestū, tam oculatum inuenies,  
qui in proprijs rebus æstimandis sèpissimè  
non hallucinetur. Sed parvus hic esset error,  
parumque noxius, si illa immodica philau-  
gia his finibus contenta esset, & non amplius  
grassaretur. Verū eo vsq; progressa est, ut vi-  
tijs suis blādiatur, & illa sèpissimè vittutū no-  
mine donare ritatur. Plerique enim in vici-  
scendis viijs crudelitas exercetur, & iustitia  
reputatur. Sèpe immoderata ira zelus dicitur,  
& cùm peccatores (iuxta Paulicōsilium) cū  
modestia corrip̄ debuissent, ut aliquādōres i.  
piscant, scuera nūmis increpatione frangunt.  
Sèpissimè dissoluta remissio, quasi mālueru-  
do ac misericordia iudicatur, & ita cùm peccā-  
tibus plusquā misericordia p̄mittit indulgeā,  
crudeliter nūmis proctero supplicio poena  
feruat. Nōn uiquā tenacitati, parcitatis nomē  
tribuit: quo fit, ut accepta retineant, etiā cum  
distribui deberent egētibus. Aliquando ma-  
lorum pertinacia, constantia prædicatur: vñ-  
desèpe venit, ut dum mens à malitia sua ste-  
eti non patitur, quasi ex recti defensione glo-

## H O M I L I A

rietur. Aliquando inconstans tractabilitas dicitur: & quod quisq; fidē integrā nulli servat, eō amicum se omnibus aestimat. Plerūq; timor humilitas censetur: & dum mundano timore deiectus quisq; ad defensionē veritatis tacet, arbitratur q̄ humilem se alijs exhibeat. Aliquādo vocis superbia libertas iudicatur: & cūn per elationē veritati cōtradicitur, ipsa loquendi procacitas, veritatis defensio reputatur. Cū ergo vitia ipsa peccator putet esse virtutes, nunquam illorum poenitebit, nunquād illis se corā sacerdote accusabit. Propter

**Job. 20.** quod in libro Job scriptum est. Cū dulce fuerit malum in ore eius, abscondet illud sub lingua sua: parcet illi, & non de relinquet illud. Osmentis nostrāe cogitatio est, siout in quo.

**Psal. 4.** dam psalmo dicitur. Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Dicitis, posuit pro, cogitatis. In hoc ore dulce est malum, cū illud obcaecatus intellectus iudicat esse bonum. Cū malum sic est dulce, abscondet illud sub lingua sua: celabitq; in gutture suo: quia videlicet nunquam de illo se coram sacerdote accusabit. Non enim verissimile est, ut quis de ea re se acouset, quam putat esse bonam. Quo sit, ut illius etiam non poeniteat, neque illius vindictam sumat. Propter quod subditur. Par-

cet

cet illi, & non derelinquet illud. Parcet (*in qua*) quia nō hoc in se punit. Et (ut nihil con-  
summatae nequitiae defit) foedus amicitie sem-  
piterne cū ipso peccato init: et ideo subiūgit.  
Et nō derelinquet illud: quia quō magis il-  
lud esse bonū putat, eō magis illi adhærere ni-  
titur. Propter quod in Threnis Hieremias de  
illis, quorū facies super carbones denigrata est  
loquens, ait. Nō sunt cogniti in plateis: adhē-  
sit cutis eorum ossibus, aruit, & facta est qua-  
si lignū. Platearū nomine in scriptura sacra,  
sæpe latitudo malitiae designatur: quoniā lata  
est porta & spaciofa quæ ducit ad perditio-  
nē. Hæ sunt plateæ, per quas ille nostrasū ani-  
marū cælestis sponsus, summa etiā cum dili-  
gētia quæsusitus inuenire non potuit: quoniā  
ille in via peccatorum non stetit. In capite  
harum platearum dispersi sunt lapides san-  
ctuarij: quia sæpenumero hi, qui ad ornamē-  
ta ecclesiæ internis mysterijs quasi in secretis  
sanctuarij vacare debuerant, secularia nego-  
cia expetunt, & vitia quæque non minima  
amplectuntur. Sed in his plateis non sunt  
cogniti, quia etiam cū in via vitiorum latissi-  
ma existant, in angusto tamen virtutis cal-  
le se stare putant, vnde subditur. Adhæsit  
cutis eorum ossibus. In osse duritia fortitu-  
dinis: in cute verō, mollities designatur in-

Thr. 4.

Mat. 7.

Can. 3.

Psal. 1.

Thr. 4.

# HOMILIA

firmitatis. **C**utis ergo ossibus adhæret: cū infirmitas vitij, fortitudo virtutis iudicat. Mollia nimis sunt quæ faciunt, sed suorum operū cæco nimium amore decepti, fortia valde esse putant: vnde euénit, vt quò meliora illa esse censem, cò magis de illis emendari cōtemnunt. Propter quod meritò subiugitur, Aruit, & facta est quasi lignū. Culpa enim eorū tantò insensibilior redditur, quātò apud eos etiā laudabilius habetur. Et ideo illam aridā assedit: q̄a nulla sui cogitatione viridescit. Vides ad quot incōmoda nos ducat nostrorū peccatorum ignorantia. Quòd si morbū suum iam agnoscere peccator incipiat, maximam inde suæ salutis spem capere potest. Nam & hoc ipsum argumentum est in melius translati animi: q̄a virtus sua, quę adhuc ignorabat, videt. Nullus est enim adeò suæ salutis cōtēptor, vt cùm se egrotare cognouerit, medicū illi gratis subuenire paratū libentissimè nō suscipiat, & remedia ab illo decreta, extensis (vt aiunt) vilenis non amplectatur. Sic etiam nullus est, qui peccatum suum probè agnosces, de illo non se accuset, & illius pœnitentia, nisi suæ salutis immemor fuerit. Quòd si eum commissi criminis pœnitentia, necesse est, vt pristinæ incomitati sit statim restitutus: quoniam pœnitentia antidotum quoddam est efficacissimum

mum et præsentaneum ad quodvis peccatum quamlibet etiam mortiferum de pellendum. Hinc est, qd Adam peccante, dominus illum in paradiſo perquirit, et causam cur inobedientia fuerit petit, ut vel sic illum ad peccati confessionem urgeret, sciens illam esse viam certissimam ad salutem recuperandam. Ob hanc causam Cain periret absque illa salutis spe: quia de criminis, quod in fratre fecerat, a deo quaesitus, noluit illud fateri, sed superbè illud occultare voluit deo, dices. Nunquid ex Geñ. 4. ego custos sum fratris mei? Si peccatum suum cognouisset, & illud coram deo, qui omnia nouit, fuisset confessus, dicens, Peccavi: dominus pientissimus statim donasset illi hanc normam, quāuis crudelissimā. Qui peccata sua fateri cōtēnunt, aliqua futili excusatione illa palliātes, cōsuunt folia ficus ut faciat sibi perizomata, quēadmodum Adam & Eua. Petrus agnoscit crimen abiuratae veritatis, & statim flet amarē, & pastor ouium instituitur. Paulus 1. Tit. 1. agnoscit crimē blasphemie, & vas electionis, & doctor gentium efficitur. Magdalena agnoscit (nō vnu) sed multa quę habebat peccata: Luc. 7. propter quod stat retro secus pedes domini: velut quę suā agnoscens fœditatē & turpitudinē, non audet in conspectu dei apparere: & ideo audire meretur: Remittūtur tibi peccata tua.

# H O M I L I A

**Latro in cruce agnoscit peccatum suum, dices;**  
**Nos digna factis recipimus: & deinceps misere-**  
**ricordiam petens, dixit. Domine memento mei,**  
**dum veneris in regnum tuum: quia peccatum a-**  
**gnouit, misericordiam quam petiit, impetravit,**  
**cum dictum est ei. Amen dico tibi: hodie me**  
**cum eris in paradyso. Dauid peccatum suum**  
**agnoscit, dicens. Quoniam iniquitatem meam**  
**ego cognosco. Tu ergo si peccasti quicunque**  
**ille sis, quantoquoque peccato, aut peccatorum**  
**numero pressus fueris, agnosce peccatum tuum:**  
**dic, Peccavi: miserere: & statim misericordiam**  
**consecutus subleuaberis. Verum hic admoni-**  
**tione opus est, ut intellegant peccatores, non**  
**eos omnes verè peccatum suum agnosceret, qui**  
**se peccasse ore fatentur. Sunt enim (heu) mul-**  
**ti, qui cum se peccasse ore dicunt, corde tamē**  
**negant, sicut de alijs beatus Paulus ait. Fa-**  
**tentur se nosse Deum, factis autem negant.**  
**Signa autem veræ cognitionis & confessio-**  
**nis sunt hæc: videlicet, si paratus est iustum**  
**pro crimine subire poenam: si arguentem &**  
**corridentem peccatum quod commisit, patien-**  
**ter sustinet: qd si hæc facere renuit, argumen-**  
**tum est, illum nondum suum crimen agno-**  
**scere: quoniam si bene agnosceret, antidotum**  
**non contemneret. Et (ut rem istam plenè co-**  
**firmemus) proponamus in exemplu, Saulus**  
**regem,**

**Luc. 23.**

**Tit. I.**

regem, qui de peccato inobedientiae à Samuele 1. Re. 15.  
Ie Propheta reprehensus, dixit, Peccavi, nec  
tamen exaudiri meruit. Quare Saul non au-  
dit à Samuele, sicut Dauid audiuit à Nathan 2. Re. 12.  
propheta, Dominus transtulit peccatum tuū  
à te? Nunquid Deus acceptor est personarū,  
vt æquè laborantibus, non æqua mercede do-  
net? Absit. Non est enim personarū acceptio Rom. 2.  
apud Deum, qui omnium miseretur, & dissi-  
mulat peccata hominum propter poeniten-  
tiam. Quòd Saul veniam non impetravit, in-  
de euenit, quòd ille non vt decebat peccatum  
suum agnouit: quia illa sui peccati confessio  
plus superbiæ, quam humilitatis habet: eo quod  
poenam sibi à deo inflictam patienter sustine-  
re noluit. Nam cùm illi Samuel propheta in- 1. Re. 15.  
sinuasset Dei irreuocabile decretum, dicens.  
Scidit dominus regnum Israel à te hodie, & tra-  
didit illud proximo tuo meliori te. Porrò triū-  
phator in Israel non parcet, & poenitidine nō  
flegetetur, neque enim homo est vt agat poenitē-  
tiam. Tunc dixit Saul. Peccavi. Sed nunc ho-  
nora me coram senioribus populi mei, & co-  
ram Israel. Ac si dixisset. Honora me sicut re-  
gē, vt ego præcedam velut rex, & tu sequareas,  
vt adorem dominum Deum tuū. Deus illum  
propter peccatum regno priuabat, & regni so-  
lio dei jeciebat: sed hanc poenam Saul pati re-

## H O M I L I A

nebat, dicens. Peccavi. Sed honor a me coram senioribus populi mei, & coram Israël. Ac si diceret. Peccatum fateor: sed poenam, quam infligis, sustinere nolo. Verecundiam siquidē passus, & superbia elatus, renuebat honores amittere: quapropter misericordiam, quā peccati, non meruit obinere. Quisquis enim sub specie confessionis humanos adhuc honores amittere timet, iste indulgentiam, quam ficta humilitate postulat à Deo, adipisci nō valet. Confessio enim, quam elatio mentis comitatur, veniam impetrare non meretur: quo sit, ut is, qui in conspectu hominum de peccato reprehendi refugit, veniam, quam à Deo impetrare poterat, a semetipso excludat: quia peccatum suum se non cognoscere conuincitur, qui de illo coram alijs reprehendi non sustinet. Nam si cognouisset, acceptaret utique correctionem, quae optima est peccati medicina. Quia ergo Saul correctionem non sustinuit, peccatum non agnouisse conuincitur: quoniam & si ore confessus est dicens, Peccavi, corde tamen se peccasse negavit. Quod ex eo facile coniisci potest, quod eum à Samuele increparetur quare vocem domini nō audierit, ex ipso fastu superbiæ respondit, dicens. Imò audiui vocem domini, & ambulauis per viā, per quā misit me dñs. Malū enim sa-

prā malū adiecit: quia culpam suam non solū  
 agnoscere deditus est, sed etiā superbiēdo  
 defēdere studuit, & defendēdo accumulauit.  
 Dauid autē non sic, sed reprehensus patiēter  
 tulit, peccatum suū agnouit: quoniā illud hu-  
 militer cōfessus est, poenas illi à deo decretas  
 nō recusauit: imò patiēter & gratāter ample-  
 xus est. Tu ergo si peccasti, & veniam impe-  
 trare optas, peccatū tuum agnosce, illud cōfi-  
 teri nō erubescas. Scies autē te bene cognosce-  
 re peccatū tuū, si correctionē sustines. Si pœ-  
 nas meritas pro pētō soluere sat agis. Si cū ali-  
 quis peccatū tuū tibi obijcit & impingit, non  
 recusas, nō ob hoc irasperis, put faciūt multi,  
 qui cū sua fateātur peccata, ab alijs sibi obijci-  
 nō patiuntur, sua quidē vulnera velut canes  
 lingūt, aliū tamē canē ad ea lingēda accedere  
 nō permittunt, vnde colligitur falsae eos humi-  
 litate peccata sua fuisse cōfessos. Nā si tūc cū  
 peccatū suū confitētur peccatores se esse vera-  
 ci humilitate cognoscerēt, cū arguuntur ab a-  
 lijs, patiēter sustinerēt, & q̄ confessi priūs fue-  
 rāt, se esse postea per impatientiā nō negarēt.  
 Indiciū ergo veræ cōfessionis est, si cū quisq;  
 se peccatorem fatetur, aliū hoc idem illi dicen-  
 tē patienter tolerat. Quia enim (vt ait Sapiēs) Pro. 18.  
 iustus in principio accusator est sui: iustus vi-  
 deri appetit quicunque se, nullo arguente, de-  
 peccato,

# HOMILIA

peccato, accusat: sed an vera fuerat confessio,  
inde probatur, si altero malū quod facimus  
increpante, palinodiam non cantamus, si in-  
crepati nō contradicimus. Nam si superbè re-  
luctamur, conuincitur fictā fuisse nostri pec-  
cati confessionem. Tu ergo agnosce peccatū  
tuum: & si quis obiecerit, patiēter sustine, cor  
rectionem admitte, pœnas debitas persolue-  
re non refugias: & sic tibi agnoscendi facile  
Deus peccata condonabit, & gratiam præte-  
reatribuet, qua vitam promereari, æternam.

## Homilia Octaua.

*Et peccatum meum contra me  
est semper.*



ARIAM hic versiculos suscipit  
interpretationem iuxta variam si-  
gnificationem huius vocis, contra,  
qua prætervulgarem & tritam si-  
gnificationem, qua dissidentia significat, ali-  
quando significat loci situm, & valet tantum,  
sicut è regione, vel ex opposito, aut corā: sic  
Vergilius capit in primo Eneid. dicens.

*Vrbs antiqua fuit Tyrii tenuere coloni*

*Carthago Italianam contra, &c.*

Matt. 21 Et in Euangelio Matthæi dicitur. Ite in castellum

Ium quod contra vos est . Contra vos est,  
id est, coram vobis. Et iuxta hanc significa-  
tionem magis ego crediderim illam vocem  
hoc loco accipi: propterea quod alia translatio,  
videlicet beati Hieronymi, haec vocis amphibi-  
bologiam euitans, sic habet . Et peccatum  
meum coram me est semper. Ad eundem mo-  
dum transferunt alij, qui de linguae hebraicæ  
cognitione gloriantur , prout est Pagninus  
Lucensis. Ioannes Campensis eundem sensum  
reddit, alijs tamen verbis. Sic enim transtulit.  
Et peccatum meum nunquam excidit mihi.  
**Quæ** omnes translationes huc tendunt , ut  
David his verbis dicat, tam assiduam esse sui  
peccati cognitionem , ut peccatum suum ob  
oculos suos semper obuersetur sibi. Ait ergo.  
Et peccatum meum cōtra me , vel coram me  
est semper. Hoc est, semper cogito qualiter te  
offenderim, ut ipsa offendæ cogitatio me hu-  
miliet. Nam quo magis homo agnouerit bo-  
num quod amisit, eo maiorem habet occasio-  
nem lugendi propter illud. Hinc Sapiens ait. **Eccle. i.**  
**Qui** apponit scientiam, apponit & dolorem.  
**Quia** quanto plus peccator coeperit scire bo-  
num quod perdidit, tanto plus lugere incipit  
malum quod inuenit. Considerat namque gau-  
dia cœlestis patrie, diuitias illius, libertatem,  
satiatem, lucem , & vitam denique perpe-  
tuam,

# H O M I L I A

tuā, quæ omnia per peccatū amisit. Deinde deflectit oculos, vt cōsideret quò deiectus est, & vbi iacet: & videt quanta arctetur mētis tristitia, quanta sit paupertas, quantæ tenebræ, quanta turbatio. Demū tendit oculos ad futura quæ imminent tormenta: vbi luctus semper pīternus, famēs, sitis, tenebræ, confusio, mors denique sempīerna. Cūm hæc omnia conspicit, bona videlicet quæ amisit, & mala quæ inuenit, acerbè luget: quoniam ipsa cognitio materiam luctus subministrat. Tantaque est tristitia quam ingerit mēti cognitio boni per peccatum amissi ut nulla eam temporalis cōsolatio possit subleuare. Propter quod David in tribulatione constitutus, & elogatum se à Deo conspiciens, in alio quodam Psalmo

**Psal. 76** ait. Renuit consolari anima mea. Sed quare tanto mœrore conficitur, ut nullam consolationem admittat? Nunquid primogenitus hæres regni obiit? Aut charissima coniux defuncta est? Aut regni solio deiectus est? Nihil horum. Quid ergo? Audi. Tribulationē qua premebatur, exprimit in ipso psalmi initio, cūm ait. Voce mea ad dominum clamaui. Clamare eo tempore necessarium est, cūm longè est ille qui clamat. Cūm ergo se clamare ait, testatur se propter peccata sua elogatū esse à Deo. Et propter hāc causam tanto afficitur tædio,

ut dicat Renuit consolari anima mea. Nā ple  
 rūque huius seculi diuites solent mentis tæ  
 dio affecti, diuitias suas, quibus affluunt, con  
 spicere, ut harū rerū aspectus tristitia delinire  
 valeat. Cū enim mœrore quodā premi se sen  
 tiūt, equos aspiciunt, ut eorū cōtemplatione  
 obortū animæ mœrorē vincant. Sed prophe  
 ea qui ideo lugeat, quia ab eterniis gaudiis se ce  
 cidiisse cognoscit, cōsolutionem de rebus tem  
 poralibus nō suscipit: dices, Renuit consolari  
 anima mea. Ac si expressius dixisset. Qui de  
 tēporaliū rerum amissione nō lugeo, de tēpo  
 raliū rerū abundantia, consolari nequaquam  
 valeo. Sed nūquid est tædiū hoc tuū immedi  
 cabile vulnus: ut nulla illi valeat cōsolatio me  
 deri: Non certè: qm̄ memor fui dei & delecta  
 tus sum. Cōsiderauī mansuetudinē ipsius, pie  
 tate & misericordiā, & hmōi contēplatione,  
 & suæ bonitatis memoria delectatus sum. Vi  
 desquātū efficiat in peccatore sui peccati aspe  
 ctus, qui tātū illi ingerit dolorem, ut nulla eū  
 tēporaliū rerū cōsolatiō possit lenire. Hinc est  
 q Adā eiectus de paradiſo, ē regione ipsius pa Gen. 3.  
 radisi collocatur à dño, quanq̄ hoc in vulgari  
 nřa editione non reperitur. Verū septuaginta  
 hoc referūt, in quorū trālatione ita habetur.  
 Et emisit eum dominus de paradiſo volupta  
 tis, ut operaretur terram de qua sumptus est,  
 & eiecit

# H O M I L I A

& eiecit Adam, & collocauit ante paradisum  
volupratis: & posuit cherubin, & flammeum  
gladium versatilem ad custodiendam viam  
ligni vitæ. Quo in facto, dominus misericor-  
dæ suæ & pietatis argumentum ostendit:  
quoniam & si Adæ pœnam intelligit, illum à  
paradiso ejiciens, hanc tamen ipsam pœnam  
ad suam utilitatem dirigebat. Nam quod il-  
lum contra paradisum habitare facit, huc ten-  
dit: ut ille perpetuam doloris materiam habe-  
ret: quotidiè cogitans unde exciderit, & in  
quem statum se deiecerit. Et quanuis grauissi-  
mi doloris spectaculum erat, ansam tamē ma-  
gnæ utilitatis præbebat: ut videlicet ille per-  
petuus aspectus cautiorem illum in posterū  
faceret, ne iterum in similia prolaberetur pec-  
cata. Sæpiissimè enim euenit, ut qui bonis ac  
ceptis frui nesciens factus est deterior, eorum  
priuatione resipiscens emendetur: quoniam  
experiencia sentire incipit suā desidiā. Quod  
ergo ante paradisum deus Adam collocauit,  
magnæ misericordiæ, & illius curæ symbolū  
fuit: ut continuo aspectu memor esset unde  
exciderat, & lucrum inde per continuum do-  
lorem facheret. Hoc etiam figurat statua illa,  
quā Nabuchodonosor rex vedit per somniū,  
cuius caput ex auro, pectus & brachia de ar-  
gento, venter & fœmora de ære, tibiæ ferreæ,  
pedum

pedū quedam fictilis. Hęc aut̄ statua stabant  
 corā Nabuchodonosor: ipsamq; cōtuens Na  
 buchodonosor, territus est. Hęc statua illorū  
 vitā designat, qui à statu virtutis, in vita ma  
 gna paulatim prolapsi sunt: quod facile est  
 agnoscere, si statuē initium, media, & finē dili  
 genti investigatione consideremus. Valde  
 quippe distant aurum & testa: vnum alteri  
 multum interest. Ex auro incipit, in testam  
 desinit. Sic etiam s̄p̄e contingit: vt is qui in  
 culmine virtutum fuit olim, parua postmo  
 dū negligēs, in maxima vita sit deiectus. Ex  
 capite aureo ad pedes testeos deuenitur. Per  
 aurum, quod cetera metallia valore & splēdo  
 re excedit, intelligitur charitas: quę (teste apo  
 stolo) reliquas, omnes superat virtutes. De  
 quo auro dicitur in Apocalypsi. Suadeo tibi  
 emere à me aurū, vt locuples fias. Charitate nā  
 que locupletamur, quam precibus & gemi  
 tibus à deo emit peccator. Et quia charitas  
 hęc maior & perfectior viget in beatis quā in  
 iustis in hac vallis miseria existētibus, dicitur  
 in Apocalypsi, de illa superna Hierusalem,  
 quę iuxta Paulum est mater nostra, quòd sit  
 ciuitas ipsa aurum mundum. Quia charitas,  
 quę in hac vita habetur, quamlibet sit repur  
 gata, semper habet admixtam quandam pec  
 catorum venialium scoriam (dicente beato  
 H̄ Ioan-

1. Co. 13:

Apo. 3.

Apo. 21.

# H O M I L I A

1. Ioā. 1. Ioanne in sua canonica.) Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Charitas vero, qua iusti se in patria diligunt, nihil habet huiusmodi scoriæ admixtum: & ideo haec ipsa ciuitas aurum mundum dicitur. Per argentum, eloquentia, aut doctrinæ claritas figuratur: iuxta id quod in alio quodam psalmo dicitur. Eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terre, purgatū septuplum. Caput aureum in pectus descendit argenteum: quia multi principia habuerūt optima, fervorem charitatis tenebāt: sed charitatem ipsam amittentes, solam bonam elocutionem conseruarunt: opera reliquerunt, verba virtuosa retinent: cum de virtutibus loquuntur, tanquam psittaci verba formant, qui cum opere non possunt, verbo solo, hominem imitantur. Sed hoc ipsum verbum argenteum, in æreum paulatim descendit: cum id quod prius veritate loquebatur, aura solum populari postea ductus, ex sola vanitate loquitur, ut gloriolam quanquam inde captare possit. Prius enim ideo loquebatur: quia & si ipse à via declinauerat virtutis, cupiebat tamen alios errantes ad regiam viam reducere. Nūc vero salutis alienè immemor perinde ac suæ, hoc solū curat, ut homi-

hominib<sup>o</sup> placeat. Talis igitur æris more, sua  
 uiter sonat exteriū: sed voluntatis malignita  
 te pallescit internè: æs nāque argētum imita  
 tur in sono, sed multū argento interest in co  
 lore & pretio. Sed cū hæc ipsa mala quæ occul  
 tò faciebat, prodierint in publicū, vt iam reue  
 lata sit ignominia sua, & visum fuerit oppro  
 brium suum: tunc quidem factus velut frons  
 meretricis, iam virtutes ipsas quas non ope  
 ratur, laudare desinit: & (quod magis dolen  
 dum est) eas ipsas vituperare nō cessat: & qui  
 priū de virtutibus carmina lyrę cātabat, nūc  
 satyram agit, sicq; faciens, q; diminuit vsq; ad  
 ferrum. Ferrum nāque omnia comminuit &  
 domat metalla: & talis est male dicentia, quæ  
 omnia bona sic cōterit, vt in æstimatione ho  
 minum adeò parua apparere faciat, vt vitia  
 iudicentur. Sed quietam audaces sunt ad ma  
 la inferenda, isti sēpissimè pusillanimes sunt  
 ad ea toleranda: & qui faciles sunt ad iniurias  
 irtogandas, ijdēm dissimiles supra modū sunt  
 ad eas patienter sustinēdas. Et ad hunc modū  
 ex ferro deuenitur ad testam. Testa enim qm̄  
 facilē frangitur, impatientiæ fragilitatem ap  
 tissimè significat. Ecce in quem finem desi  
 nit statua, quæ initium suum cœperat ab au  
 ro. Sic multi vitam suam auspicātur à vittuti  
 bus, & tandem inturpissima vitia desinunt.

Hoc est quod Hieremias in threnis plorat ,di  
Thr. 4. cēs. Filij Sīō inclyti , & amicti auro puro , quo-  
modo reputati sunt in vasa testea , opus ma-  
nuum figuli ? Qui enim priūs religiosè agere ,  
& charitate feruere solebant , nunc nimiū te-  
pidi remisi , in voluptatis cœno volutantur .  
Vasa enim testea facti sunt : quia voluptuosí ,  
quia impatientes facti sunt . Vtrūque enim in  
testa figuratur : quoniā testa sicut fragilis , ita  
& contemptibilis est . Quid autem voluptate  
conceperitibius ? Quid impatientia fragilius ?  
Talis est ille , qui in stercore rerum mundana-  
rum iacens vilescit : & minima quaquer tribu-  
tatione frangitur . Ecce statuam . Ecce vitæ or-  
dinem , quæ optimum habens initium , in pes-  
simum definit finem : à virtutis culmine in vi-  
tiorum profundum descendit . Sed hęc statua  
contra Nabuchodonosor stabant : ut videlicet  
per aspectum illius humilietur , & sua super-  
bia confundatur . Tunc enim coram vno quo-  
que nostrum huiusmodi statua erigitur , quā-  
do nostris oculis peccati foeditas & calamitas  
ingeritur , ut hac contemplatione unde & quo  
decectus sit , agnoscat ; & sic per huiusmodi as-  
pectum nostra impudentia cōpescatur , deij-  
ciatur superbia , duritia conteratur . Hęc sta-  
tua cōtra David stetit , quādo illi peccatū suū  
per Nathā prophetā offensum est . Caput em  
aureum

aureum habebat: cùm humiliis, castus, māsus-  
tus, iniuriarum immemor, cōtemplationi de-  
ditus fuit. Sed tandem caput aureum in pedi-  
bus testeis finitur: quia à tanto virtutum cul-  
mine, ad adulterium & homicidium descen-  
dit: qui priùs hosti Sauli pepercit, postea fi-  
delissimo militi Vriæ non parcit. Quanta dis-  
similitudo inter caput aureum & pedes te-  
steos: tanta est inter Dauid in spelunca par-  
centem Sauli, & eundem postea nocentem V-  
riæ. Verūm hēc ad aliorum cautelam, nō ad  
exemplum dicta sunt: vt videlicet, qui se exi-  
stimat stare, videat ne cadat. Et si caput aureū  
in pedes desinit testeos, quem finem putas  
habiturum caput habentem testeum? Ut au-  
tem hēc statua ante oculos Dauidis semel  
collocata fuit: nūquam ab ea rex oculos suos  
auertit, sed in eam defixis oculis iugiter inten-  
debat. Et hoc est quod ait. Et peccatum meū  
contra me est semper. Semper in id oculos  
mētis intendo, vt eius foeditatem agnoscam.  
Cur autem hoc faciat, in alio quodam Psal-  
mo expressit, dicens. **Quoniam cogitatio ho** Psal. 75  
**minis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitatio-**  
**nis diem festum agent tibi.** Prima cogitatio  
est de peccato, de foeditate, de turpitudine, de  
malitia illius: & ex hac cogitatione supersunt  
semper quædam reliquiæ, videlicet odium,

# HOMILIA

- Nau. 3. displicētia, detestatio. Nam (ut est apud quēdam Prophetā) omnis qui viderit te, resiliet à te. Quisquis enim probē (vt decet) peccati malitiā agnouerit, nisi mentis inops, ab illo tāquam à profundo puteo resiliet, & velut à poluvenenato abstinebit. Reliquæ ergo, que de cogitatione peccati supersunt, sunt peccati odium & displicantia. Et hēc diem festum agunt Deo: vel (ut alia translatio habet) solēnia celebrant Deo. Quale autem sit hoc festū expressit pater benignus, qui filium de pastu porcorum & fame redeuntem recipiens, ait.
- Lu. 15. Manducemus & epuleimur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Grande nimis & magnificum fe-
- Luc. 15. stum faciunt hēc cogitationis reliquæ: cùm in cælo fiat magnum gaudium super uno peccatore poenitentiam agente. Quia ergo Dauid cognoscit quantum lucrum sibi face re possit hæc peccati cogitatio, ideo nunquā hēc cogitatio excidit sibi, semper defixis in peccatum oculis intendit: vt nullarei familiaris dispensatio, aut regni administratio ab huiusmodi cogitatione illum auocare potuerit, ideo ait. Et peccatum meum contra me est semper. Meum, inquam, nō alienum: ego enim non sum talis, vt me despecto, aliena curem. Non proijcio peccata mea post ter-
- gum,

gum, ut aliena ante oculos meos habeam. No  
lo trabem in oculo meo pati, ut festucam de  
oculo alieno ejciam: prout sunt ( heu ) ni-  
mum multi, qui sui obliti, alios intuentur.  
Nam hoc potius est accumulare peccata &  
augere, quam minuere. Me ipsum solū cōsidero  
nec mihi ipsi sum satis, nisi deus me docuerit.  
Ideo peccatum meum semper coram oculos  
meos statuo: ut per continuum aspectum, cō-  
tinuò doctior siam. Et si quid fortè malitia  
est in peccato, quod hodie oculos meos sub-  
terfugit, crastina die videre possim: quod cra-  
stina dies ignorauerit, sequens alias dies me  
doceat. Semper ergo cogitationi peccati in-  
sistā, ut semper cognitio crescat, quę me quo-  
tidie ad peccati detestationem vehementius  
solicitet, & impellat. Hanc ergo sui peccati  
iugem memoriam, nunc pro se David in ar-  
gumentum sumit, ut iustitia interueniente  
Deus misereatur illius. Nam per prophetam  
Esiam dominus ait. Ego sum qui deleo ini-  
quitates tuas, & memor non ero. Tu autem  
memor esto, & iudicemur. Ecce qua condi-  
tione, iniquitatum peccatoris se immemo-  
rem pollicetur: videlicet, si ille memor fuerit,  
David ergo pactum admittit: conditionem  
offert, dicens. Et peccatum meum contra me  
est semper. Promissū exigit, dicens. Misere-

Esa. 43.

# HOMILIA

mei. Caue ergo ne peccatorum tuorum im-  
memor existas, ne proijcas ea post tergum,  
sed ante oculos ea statue: ut eorum malitia  
perspecta, ea pleniū detestari valeas: & sic  
proijciet ea deus post tergum tuum, & mis-  
rebitur tui Iesus Christus filius Dei, qui cum  
patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula  
seculorum. Amen.

## Homilia Nona.

*Tibi soli peccaui, & malum co-  
ram te feci.*



Vstum est, vt quisque ab illo ve-  
niam petat, cui iniuriam intulit.  
Dauid qui à solo Deo misericor-  
diam postulauit: causam cur id fa-  
ciat, nunc prodit, dicens. *Tibi soli peccaui.*  
A te solo peto misericordiā: quia te solū me  
offendisse cognosco. Sed hic scrupulus vrget  
non paruus, quomodo verū esse pōt, vt in so-  
lū deū peccasse dicatur, qui innocentē interfec-  
tit, & adulterium cōmisit? Nonne hoc etiam  
est peccare in proximum? In huius versiculi  
expositione variē desudatum est à diuersis.  
Nam aliis, aliam reddit interpretationem.

Et li-

Et licet quælibet earum vera sit, nescio tamē  
 an earum aliqua sit satis literæ conueniens,  
 & quæ verè & plenè literæ sensum reddat.  
 Nam Hieronymus, Augustinus, Ambrosius,  
**Chrysostomus**, Gregorius, Cassiodorus, qui  
 omnes hunc psalmum interpretantur, & eo-  
 rum aliqui specialibus de hoc psalmo libel-  
 lis editis (omitto alios, qui digni non sunt ut  
 cum his vel ex longinquo conferantur) con-  
 cordi sententia exponunt hunc locum dicen-  
 tes, ideo David soli Deo peccasse, quia solus  
**Deus** sine peccato est: solus qui peccata iudi-  
 cat: solus qui punire & parcere potest. Alij  
 quidem homines, qui regi subduntur, peccat  
 regi & Deo, quia ab **v**troq; punire possunt:  
 & vtriusq; mandatū transgrediuntur. At rex,  
 qui soli Deo subditur, & ab illo solo corripi  
 pōt, soli Deo peccat. Hæc quidē vera sunt: q  
 uidelicet solus Deus regē punire potest: & q  
 solus Deus est sine peccato. An aut̄ ideo soli  
 Deo peccare dicēdus sit, dubiū mihi est: quo-  
 niā talē loquēdi modū nō meminime in sacris  
 scripturis alibi legisse. Inuenio quidē sāpe in  
 sacris literis dictū, hominē peccare in homi-  
 nē. Nā Pharaō frustratæ fidei, quā filijs Israēl Exo.10.  
 dederat, pœnitēs, eisdēq; Israēlitis loquēs, ait.  
 Peccauī in dominum deum vestrū: & in vos.  
**Ecce** hominem, & quidem regē, qui in homi-

# H O M I L I A

nessibi subditos peccasse fatetur. Et tamē solus Deus punire poterat Pharaonem. Præterea in primo libro regum legitur. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autē in Deum peccauerit vir, quis erabit pro eo? Quanvis solus Deus sine peccato sit, hic tamē audis virum posse in virum peccare. Non ergo soli Deo peccare dicēdus est homo, quia solus Deus sine peccato est: aut soli Deo peccare cœmus regem, quia solus Deus regem punire potest: cū regem in sibis subditum, & virū in sibi æqualem peccasse, ex sacris literis pateat. Nisi fortè peccare Deo, quiddā aliud sonet in sacra scriptura, quam peccare in Deum: quā verborum differentiam (ut ingenuè fatear) ego non video: cū absque ullo disserimine, unum pro alio in sacris codicibus positum, se pīssimē reperiatur. Sed si hæc præsentis versiculi expositio, quam tanti viri sanctitate perinde ac doctrina illustres comprobarunt, nō placet, quid genioli mei tenuitas poterit ex cogitare, quod doctris viris vel aliqua ex parte placere possit? Adhuc ergo ipse dominus, qui linguas infantium facit dissertas, quique docet hominem scientiā: & illuminare dignetur intellectum meum, ut valeam intelligere, & differere, nō quod hominibus placeat, à quibus probari non opto: sed quod verum & ger manum.

manum literæ sensum exprimat, qui animalium saluti ut cunque prodesse possit. Nec mirari quisquam debet, si nos aliquid in huc locum contulerimus, quod à tantis viris fuerit prætermissum: quoniam (ut ait Paulus) i.cor. 13 diuisiones gratiarum sunt: & (ut ait alias) Ni-  
Hora, hil ex omni parte beatum. Quod ego domi-  
no donante de hoc loco ex aliis scripturæ lo-  
cis coniicere valeo, ita habet. Dauid ideo so-  
li Deo se peccasse afferit, quia solo Deo præ-  
sente peccatum commisit: solus Deus fuit  
illius peccati conscius. Nam si de adulterio  
sit sermo, certum est Dauidem nullis admi-  
sistestibus illud perpetrasse: cum ipse con-  
cubitus etiam coniugalis, qui honestissimus  
est, res sit adeò verecunda, ut nullus sit, ni-  
si insanus, aut demens, qui loca secreta non  
requirat, ut talem concubitum explere valeat.  
Homicidium fuit secretum: quoniam &  
si Dauid dedit literas ad belli præfectū & du-  
cem, ut Vriam in acie constitueret in loco mi-  
nus munito, & magis hostibus per uno, igno-  
rabat tamen, an fortè propter Vriæ ali-  
quod secretum scelus, iustitia ira exigente,  
id fuisset rex iubere compulsus: secretò tamē  
ne fortè si id publicè, & præcone clamante sie-  
ret, cōmotio aliqua, aut tumultus aliquis ex-  
citaretur, qui malè sedari posset. Præterea, pec-  
catum

# H O M I L I A

catum quodlibet, plus pendet ex corde, quam  
ex opere. Nam ex hac sola ratione, opus ali-  
quod censetur peccatum, quia ex malitia cor-

**Mat. 15.** disprodijt. De corde enim (ut ait ipsamet ve-  
ritas) excidunt adulteria, fornicationes, homici-  
dia, furta. Si ergo corde præcipue peccatur, co-  
ram solo Deo peccamus, cum solus ipse sit qui  
intuetur cor. Peccatum ergo David sic fuit se-  
cretum, ut omnes lateret: quod cum solus Deus  
sciuerit, ideo ait. Tibi soli peccavi, hoc est, te  
solo concio, te solo præfente. Nam si alij hoc  
sciuisserint, illis etiam peccasse, quibus malo-  
meo exemplo ruinæ occasionem præbuis-  
sem: quia tamen tu solus eras præsens cum pec-  
cabam, ideo tibi soli peccavi. Et hæc nostram  
interpretationem esse huic literæ germanam,  
apertissimè ostendit id, quod Dominus per  
Nathan Prophetam Davidi minatus est, di-

**2. Re. 12.** cens. Dabo uxore tuas proximo tuo: & dor-  
miet cum eis in oculis solis huius. Tu enim feci-  
sti in occulto, ego autem faciam in conspectu to-  
tius Israel. Ex quibus colligimus, publicam  
poenam esse infligam occulto criminis. Hoc  
ergo peccatum nunc ipse fatetur dicens. Tibi  
soli peccavi. Et hunc sensum verba sequentia  
innuunt, quibus ait. Et malum coram te feci.  
Ac si diceret, Tibi soli peccavi: quia malum co-  
ram te solo feci. Et hanc interpretationem in-  
nue-

ntere videtur Ambrosius, cùm ait. Tibi soli  
 peccavi, quem solū abscondita cogitationum  
 & mentis occultanō fallunt. Et hic loquen-  
 di modus satis usitatus est in sacris literis, ut il-  
 le dicatur peccare Deo, qui peccat corā Deo;  
 & ille dicatur peccare in hominē, qui peccat  
 corā homine. Nā propheta Baruch, peccatū  
 filiorū Israēl sub eorū nomine deplorans, ait.  
**Peccauimus dño deo nostro.** Et paucis inter- **Baru. L.**  
 iectis eandē cantilenam repetens, ait. Peccau-  
 mus ante dñm deū nostrū. Ex quibus cōjace-  
 re licet, idē esse peccare Deo, & peccare ante  
 Deum. Satis notū est etiā illud qđ apud Mat **Mat. 18.**  
 thæum Christus ait. Si peccauerit in te frater  
 tuus, vade & corripe eū inter te et ipsum solū.  
**Quo loco cōstat concordi omniū sententia:**  
 peccare in fratrē, tātū valere, ac peccare fratre  
 sciente. Cū ergo Dauid ait, Tibi soli peccavi,  
 idem est ac si diceret, Te solo sciēte, & te solo  
 præsentē peccavi: quia coram te solū malum  
 feci. Quia Dauidis verba magnum quod  
 dam humilitatis insigne præse ferunt: quo-  
 niā illa verbain sui accusationem protulit,  
 Dei præsentiam sibi ipsi obiciens; quæ sola  
 sufficere debuisset, vt illum à peccato deterre-  
 ret. Cū ergo ait, Tibi soli peccavi & malum  
 coram te feci: huc tendit, vt dicat. Vel hoc at  
 peccato me deterrere valuisset, si consideras-  
 abis. **OL. 1.129**

## H O M I L I A

sem, quod tu coram eras, cum ego peccabam.  
Et meritò hæc in sui accusationem ait Dauid:  
quoniam magna culibet peccatori si dissimu  
lare non vult, est indicta necessitas probitatis:  
cum ante oculos agat iudicis cuncta cernen  
tis. Nullus est enim homo adeò effrons, qui  
in plurimis peccatis non vereatur hominum  
præsentiam: quoniam cum peccato debeatur  
vituperium quemadmodum virtuti honor, et  
omnes à natura refugiamus vituperium & de  
decus: hinc est, quod veremur ea coram homi  
nibus facere, propter quæ suspicamur illorū  
de nobis opinionem minuendam. Et tamen  
hæc est miseranda hominum cæcitas: qui cu  
se inuicem reuereantur cum peccant, Deita  
men præsentiam nunquam reformidant. For  
tè ignorant diuinos illos plusquam lynceos  
oculos cuncta prospicere: nihilque esse tam  
occultum, quod Deum latere possit. Aut si  
Deum cuncta scire credunt, suspicantur fortè  
illum nostris peccatis non offendit. Aut illum  
adeò iniustum censem, ut peccata impunita  
esse velit. Aut fortè impotentem, qui etiam  
cum velit, punire non possit, existimant. Si  
credunt se posse diuinos oculos frustrare, au

Re. 10. diant quod in primo regum libro dicitur. Ho  
mines iudicant quæ foris sunt, Deus autem  
Psal. 7 intuetur cor. Et diuinus Psaltes, ait, Scrutans  
corda

corda & renes Deus. Scrutantem dixit, ut eum minutissima quæque cognoscere innuet: prout facit is, qui rem quampliam cum diligentia scrutatur, cui nihil est, etiam quamlibet paruum, quod non sit probè exploratum. Huic sententiae Hieremias propheta ex persona Dei subscribit, dicens. Deus appropin **Hier. 23.** quans ego, & non de longe Deus. Nunquid latere quis poterit in absconditis, & ego non videbo eum? Et diuina sapientia claimat se in **Eccl. 24.** profundum abyssi penetrasse: ut ostendat nihil esse tam occultum, quod illi non sit manifestum. Nemo ergo inde audaciam peccandi sumat, quod putet peccatum suum fore secretum cum scelestis illis senibus dicens. Officia puniti clausa sunt, nemo nos videt.

**Dan. 13.**  
Esto, nemo te videat: sed nunquid ideo nullus? Videt enim te Deus: videt te iudex ille, cuius tribunal te assistere oportet. Et si peccatum tale est, ut cordis latebras exeat, videt illud angelus malus, videt angelus bonus, videt accusator, videt testimoniū multitudine. Nullus ergo hac ratione securus sit, quod eum peccatum nemo videt: quia latent in insidijs, quos latere homo non potest: sicque latent, ut illos homo deprehendere non possit. Sunt tamen aliqui sicut lepus: qui (ut aiunt) dum metis caput infgens, dum videntem senō videt, se quoque reputatur

# H O M I L I A

putat non videri. Quia in re maximè falluntur: quoniam & si Deum nos non videamus,  
Sapiē. i. illum tamen latere nō possumus. Auris enim  
cæli audit omnia. Et qui finxit oculum ipse  
4. considerat. Nuda enim sunt illius oculis omnia. Visus illius penetrabiliore est omni gla-  
dio ancipiti: quoniam ipsas nō modò cernit,  
sed etiam discernit cogitationum vias, & me-  
dullas affectionum. Vnde colligimus, vt tam  
in sanum sit sub illis oculis velle peccare, quā  
horrendum est incidere in manus Dei viuen-  
tis. Et ob hanc causam: iudicium Dei tantope  
reformidabat Paulus, quia iudicia hominū  
x.cor. 4. pro nihilo ducebat, dices. Mihi pro minimo  
est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed  
neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi cō-  
scius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui  
autem iudicat me, Dominus est. Vides quan-  
tum Deus iuxta Pauli sentētiā in cordibus  
nō sīris cognoscet: vt multa quæ nos ipsos la-  
tent, illi sint apertissima. Ob quam causam,  
etiam cùm nihil sibi conscius esset Paulus, à  
domino tamen iudicari pertimescit. Cū ergo  
peccatum aliquod committere tentas: aut co-  
gitatio aliqua mala cor tuum pulsat, atque so-  
licitat, cōsidera Deum esse præsentem, vt vel  
hac occasione, à quolibet peccato perpetrando  
re uoceris, si fortè Deum non times, & so-  
losho-

los hominum veteris aspectus: memor esto  
hominem Christum, hominum facta mini-  
mè ignorare, vt coram illo attentare non au-  
deas, quod coram me prorsus non auderes.  
Alioqui si carnis oculū magis quàm gladiū,  
quem dominus iam vibrauit, formidas: &  
id quod times eueniet tibi, & accidet quod  
vereris. Nihil est enim opertum quod nō sit  
reuelandum in illa die iudicij, in qua illumi-  
nabit dominus abscondita tenebrarum, & ma-  
nifestabit consilia cordium. Tunc enim scru-  
tabitur Hierusalem in lucernis ardentibus.

Quid ergo tutum in Babylone, si in Hierusa-  
lem fit scrutiniū? Si iustus vix saluabitur, in-  
iustus vbi apparebit? Nam hoc loco, quantū  
ego existimō, nomine Hierusalem, designa-  
tur iustus, qui in pace in id ipsum dormit, &  
animi tranquillitate requiescit. Peccator ve-  
rō, qui vitam suam in turbatione vitiorum &  
scelerū varietate cōfundit, significatur nomi-  
ne Babylonis. Istius peccata manifesta sunt  
& adeò magna, vt à quo quis possint deprehen-  
di, & ideo non egent scrutinio, sed iudicio. Iu-  
sti autem peccata, aut minima sunt & occul-  
ta, aut si quæ magna præcesserunt, mutatio-  
ne melioris vitæ, & habitu charitatis superue-  
nientis, opera sunt. Et ob hanc causam subti-  
li oportebit eas inuestigare inquisitione, vt

1. Co. 4.  
Soph. 1.

I lucer-

# H O M I L I A

lucernis admotis conspiciantur, quæ virtutum adumbratione latebant. Si ergo peccator iam credit Deum cuncta prospicere, mirum est, q̄ peccans diuinam præsentiam non reformidat, cùm tamen columnæ cœli contremiscant, & paucent ad nutum eius. Fortè existimat Deum adeò misericordem, vel (vt verius dicam) iniustū, vt peccatis nostris non offendatur, & inulta illa esse velit. Aut impudentem fortè autumat, vt etiā cùm velit, punire non possit. Si de eius potentia dubitant, audiant Prophetam dicentem. Omnia quæ Deus voluit, fecit in cœlo & in terra. Audiāt etiam quid Paulus dicat in ea, quæ est ad Heb. 10 bræos, epistola. Horrendum est (inquit) incidere in manus Dei viuentis. De volūtate Dei ad punitionem malorum, non est opus producere testes: sed ipsum Deum suam ipsius voluntatem exprimere audiamus. Peccatori enim per prophetam loquens, ita ait. Ex isti masti iniquè, q̄ ero tui similis: arguāte, & statuam contra faciē tuā. Quia mala facta tua placent tibi, putas etiam placere mihi: quia enim Denim non statim habes vltorē, vis habere participē, & tanquā corruptū iudicem, prædæ sociū vis habere. Existimasti iniquè q̄ ero tui similis. Certè tui similis essem, si patcer peccatū tuum inultum abire. Similis tui essem,

essem, si peccatum tuum ignorarē: tu enim  
peccatū tuum s̄apissimē ignoras: & si te pec-  
casse agnoscis, peccatum tuum post tergum  
projcis, ne videre possis. Ego autem, qui pec-  
catum tuum video, nunquid impunitum il-  
lud dimittam? Si ita me facturum censes, exi-  
stī masti iniquē. Si putas me ignorare pecca-  
tata tua, sicut tu ea s̄apissimē ignoras, existima  
stī iniquē. Si credis me illa proiecisse post ter-  
gum, prout tu facis, existimasti iniquē. Si exi-  
stimas peccata tua placere mihi quemadmo-  
dum placēt tibi, existimasti iniquē. Aut si for-  
tē me adeō iniustū censes, ut peccata tua inul-  
ta abire permittā, existimasti iniquē. Arguā  
te, & statuā te contra faciē tuam. Iudex sum,  
& iustus iniquitatū vltor. Cūm peccabas, ta-  
cui: sed nunquid semper tacebo? Tacui, quia  
iniquitatē dissimulaui, tēpus ad poenitētiā  
indulsi: sed nūquid semper tacebo? nunquid  
semper dissimulabo? Si ita de me cēses: existi-  
masti iniquē q̄ ero tui similis. Nam arguāte  
de mē dacio quādo venero, ut manifestē con-  
filia cordiū. Et vt cognoscas q̄ te cūm pecca-  
bas videbā, constituā te ante faciē tuam. Pec-  
cata quæ tu post dorsum posuisti, ego ante fa-  
ciē tuam ponā, & tunc videbis fōeditatē  
tuam: non vt corrigas, sed vt erubescas. Qui  
ergo tentatur à concupiscētia sua abstractus

# H O M I L I A

80  
& illectus, consideret Deum præsentem esse,  
qui omnia cōspicit , iudicem ad stare coram  
nobis: ante cuius tribunal nos oportet assiste  
re: illum esse tam iustum, vt nullum peccatū  
inultum trāsire permittat: illum esse tam po  
tentem, vt voluntati eius nemio resistere pos  
sit. Et cùm hæc probè cōsiderauerit, resiliet à  
peccato, in quod præceps ibat. Quoniā si be

**Heb. 10** ne aduerterit, timebit: qui autem timet Deū,  
faciet bona. Meritò ergo in sui accusationem  
Dauid ait. Tibi soli peccaui, & malū coram  
te feci. Ac si diceret. Adeò effrons & inuere  
cūdus fui, vt te præsente, & coram oculis tuis  
peccare non erubuerim. Nam & si homines  
peccatum meum latuerit, te autē, qui omnia  
quālibet occulta nosti, latere non potuit. Ti  
bi ergo soli peccaui: quoniā tu solus secreto  
rum iterutator, me peccantē videbas. Quāuis  
autē peccatū meum secretū fuerit, ego tamen  
illud nunc publicare decreui: vt tu iustus in  
omnibus tuis sermonibus inueniaris, & vi  
ncas cùm iudicaris. Nā aliqui sunt, qui cū Deo  
contēdere non verētur, & illū de iniustitia ac  
cusare non reformatāt, q̄ poenas inflixerit si  
ne causa. Quare, inquiunt, mihi hoc euenit?  
Cur nūc tam tēua tempestas? Vnde mihi tot  
tataq; mala? Sic etiā Dauid nūc futurū timet,  
nec forte cùm pœnae quas illi Deus per Nathā  
pro-

prophetā minatus est, illū cōstringerēt, Deus accusaretur, q̄ Dauidē seruum fidelem tot angustijs vallauerit, tot cinxerit tribulationibus. Ideo Dauid Dei gloriā zelās, vt Dei iustificatio sit nota, & cūm sic ad iudiciū Deus vocatus fuerit, viētor euadat: suū peccatū, quod secretū esse sciebat, publicare decreuit: vt peccato publicato, Dei iustificatio omnibus innotescat: cūm Dauidē propter illud poenitentiā quibus afflixerit. In quo facto multūm Dauidis fidelitas elucet, qui domini sui honorē, honori suo anteponere non dubitauit. Cūm ergo ait, Tibi soli peccauī & malū coram te feci vt iustificeris. &c. nō ita accipiendū est, quasi hoc fine Dauid se peccasse afferat, vt Deus iustificaretur: sed ideo peccatū suum apertè profitetur, vt Deus iustificetur, & vincat cūm iudicabitur. Peccati ergo publicationē ad hunc finē ordinasse videtur: vt Dei iustificatio fieret omnibus manifesta. Quod autē ait, Tibi soli peccauī & malū corā te feci, in sui accusacionē illum dixisse mihi probatur. Sic etiam filius ille prodigus, qui bona sua dissipauerat, ad se reuersus, peccatumq; suum agnoscēs dicebat. Pater peccauī in cœlū & corāte. Cūm enim ille abierat in regionē longinquam vitiorū, sic se à patre elongatū censebat, vt crederet patrē non fuisse scelerū suorū prospecto-

# HOMILIA

rem. Nunc autem ad seruversus, agnoscit patrem  
coelestem tunc praesentem esse cum peccabat: &  
ob hoc seipsum nunc accusat, quod patris praesen-  
tia cum peccabat, reueritus non fuerit. David  
autem, qui postea semper Deum suorum operum in-  
spectore considerabat, semper opera sua circu-  
spiciebat, ne forte quicquam ageret, quod oculis  
divinorum maiestatis cuncta cernentis displice-  
ps. 118. ret: ideo alibi ait. Seruauit mandata tua & testi-  
monia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu  
tuo. Tu ergo si vis ab omni peccato cauere: in  
omni opere quod facere cogitas, considera  
Deum esse praesentem, in cuius conspectu sunt om-  
nes viæ tuæ, & sic omnia mandata Dei serua-  
bis, quibus virtutem assequaris æternam. Quia nobis  
Deus donare dignetur, per merita Iesu Christi  
filii sui: qui cum eodem & spiritu sancto viuit,  
& regnat per infinita secula seculorum. Amen.

## Homilia Decima.

*Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum:  
& in peccatis concepit me mater mea.*

 Argumentum aliud, & hoc ab infir-  
mitate sumptum, nunc profert Da-  
vid: quo Deo persuadeat iustum  
esse, ut illius misereatur. Is enim,  
qui non ex malitia peccavit, sed ex infirmita-  
te qua-

te quadā & fragilitate succubuit , dignus est  
 qui veniā cōsequatur . Vt hāc igitur Dauid af  
 sequi valeat : infirmitatē suā , & malā peccati  
 radicē in se sitā causatur , dicens . Ecce enim in  
 iniuitatibus cōceptus sum . Nō dixit in qui-  
 bus , suis , an parētū . Ob quā causam , aliqui er-  
 roris ansam suscepérūt , dicentes , paruulos in  
 peccatis parētū cōcipi : quia ( vt aiunt ) parētes  
 cūm se ad generationē prolis cōmiscent , pec-  
 cant . Et ob hāc causam prophetā dixisse pu-  
 tant . Ecce enim in iniuitatibus conceptus  
 sum : & in peccatis cōcepit me mater mea . Ita  
 enim sentiūt Encratitæ , Adamiani , Aeriani ,  
 & ceteri qui nuptias dānant . Quorū errorem  
 redarguit Paulus in pluribus locis , præsertim  
 in epistola ad Hebræos , dicēs . Honorabile cō Heb . 13 .  
 nubiū omnibus , & torus immaculatus . Nec  
 opus est , vt in hac hæresi refellenda amplius  
 immoremur : quoniā in eo opere , quod aduer-  
 sus omnes hæreses edidimus , abundē satis di-  
 sputatū est . Si ergo paruulus non in peccatis  
 parentū concipitur , reliquū est , vt in peccato  
 proprio concipiatur . Aut si in peccato paren-  
 tum concipitur : illud est primorum paren-  
 tum peccatū , quod ad posteros omnes Adā  
 per propagationem transmisit . Nam sicut ab  
 ipso , iustitiæ originalis obligatio ad omnes  
 deriuata est : ita etiam peccatum originale :

## H O M I L I A

quoniam iustitiam originalem nobis per manus (ut ita dicam) tradens, eo ipso, etiā peccatum ad nos transmisit. Peccāte enim Adam, omnem suā stirpem in seipso tanquā in radice sic vitiauit: ut quæcūq; proles ex simul dānata per quā peccauerat coniuge nasceretur, traheret peccatum originale. Propter quod

Rom. 5. Paulus in epistola ad Romanos ait. Sicut per unū hominē in hunc mundum peccatū intravit, & per peccatū mors: ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerūt. In quibus verbis id aduertēdū est, quod ait, per transiit. Inde enim parvulus est reus: nō quia peccatum fecit: sed quia à parentibus traxit. Illud siquidem primum peccatū non in solo fonte māsit, sed inde pertransiit in omnes per vitiatam carnem genitos. Ideo ait, in quo omnes peccauerunt: quia quando ipse peccauit, omnes in illo erant, & tota humani generis massa in illo infecta est peccati veneno. Et ita in illo omnes peccauerūt: non quidem in illo, hoc est, illius exemplo (prout Erasmus maleficiens interpretatur in suis annotationibus) quasi Adā peccans, malū exemplū peccati se omnibus præbuerit, & propterea oēs in illo peccauerint: quia malo illius exemplo, omnes in peccatū lapsi sunt. Nō certē sic: sed ideo in illo omnes peccauerūt: quia omnes in ulti-

bis eius tunc erant cùm ipse peccauit: & ideo  
tūc peccauerūt omnes tanquā in radice: quo-  
niā damnata radice, & rāmos etiam dama-  
ri fuit necesse. Alioqui si solo exemplo oī-  
nes peccauerunt: vbi est peccatum originale?  
Nullum erit in paruulis peccatum, quoniam  
nondum potuerunt ex Adam exemplum  
sumere ut peccarent. De hoc ergo peccato in  
telligit propheta , cùm ait. Ecce enim in ini-  
quitatibus conceptus sum: & in peccatis con-  
cepit me mater mea. Vel ( ut alia translatio  
habet) peperit me mater mea. In quibus ver-  
bis, matri potius fecit mentionem quam pa-  
tris: quia maior est matri cum filijs coniun-  
ctio: & plus à matre carnis & sanguinis reci-  
pit proles. Et ab Eva cunctorum matre initiū  
sumpsit peccatum. Ex his ergo Dauidis ver-  
bis prosternitur insanus Pelagij error, dicen-  
tis, nullum esse originale peccatum, nullum  
q; esse peccatum in paruulis Si nullum est  
paruolorum peccatum: quod est peccatum  
illud in quo Dauid conceptum se fuisse testa-  
tur? Cùm enim iam ostenderimus ex Paulo  
nullum esse in coniugio peccatum, conuinci-  
tur, ut paruulus recens natus, in peccato suo  
sit natus. Non autē in peccato à se commisso:  
quoniam tale nullū esse in paruulo, velex co-  
apertissimè conuincitur, quod vsum rationis,

# H O M I L I A

sine quo peccatum committi non potest, ratiōnis paruulus nondum obtinuit. In peccato ergo quod à parentibus cum carne traxit, conceptum esse oportet. Illud nos dicimus peccatum originale. Verūm cum his dictis in faciem pugnare videtur, quod ait. In iniquitatibus, & non in iniquitate: in peccatis, & non in peccato. Nam cùm peccatū originale vñ tantū sit in quolibet homine: quomodo vñ esse poterit, in peccatis illum esse cōceptū, si de peccato originali verba illa sunt intelligenda? Hāc autem obiectionem nos ita refellimus, dicentes numerum pluralem ibidem subrogatū esse loco numeri singularis: sicut solenne est in sacris literis vñ pro altero sub

**Exo. 8.** stitui. Nā in Exodo sic scriptū legit̄. Venit musca grauissima in domos Pharaonis & seruorū eius: & in omnem terrā AEgypti, corrūptaq; est terra ab huiuscmodi muscis. Hoc in loco constat numerū singularē positū esse loco numeri pluralis: ita vt musca grauissima ibidem tantum valeat, sicut multitudo muscarum. Sic & in præsenti versiculo vice versa positus est pluralis numerus pro singulari. Et hoc satis aperte innuit translationū diueritas. Nam in translatione, quam beatus Hieronymus iuxta hebraicam veritatem edidit, sicut habetur. Ecce enim in iniquitate conce-  
ptus

pt<sup>9</sup> sum: & in peccato peperit me mater mea.  
Et Pagninus Luceñ. cādem sententiā reddit:  
qui ita vertit. Ecce cum iniquitate genitus  
sum: & cū peccato calefacta est de me mater  
mea. Ex qua translationū varietate, facile per  
suaderi potest, numerum pluralem fuisse in  
locum singularis substitutum. Potest etiam  
aliter hic locus intelligi: ut iniquitates illum  
dixisse sic accipiamus, non q̄ multa sint ori-  
ginalia peccata, sed quia multa sunt incom-  
moda ex illo peccato procedentia. Nā poena  
originalis peccati aut illius effectus, aliquan-  
do in scriptura sacra vocatur peccatū. Sic e-  
nim capit Paulus peccatum, cūm ait. Si autē Rom. 7  
qđ nolo malū hoc facio, iā nō ego operor il-  
lud, sed quod habitat in me peccatū. Cōcupi-  
scētiā carnis, & somitē ad malū impellentē  
appellauit Paulus peccatum: quia à peccato  
causatā: eo loqndi tropo vtēs, quo scripturā  
alicuius vocamus manū illius: quia videlicet  
manu illius scripta fuit: & bonā scripturam,  
dicimus bonam manum. Hoc etiam loques-  
di tropo forte v̄sus est propheta, cūm dixit.  
In peccatis cōcepit me mater mea: quia mul-  
ta fuerunt poenae originali peccato inflictæ,  
quas omnes appellauit peccata. Inter quas  
prima & præcipua est illa membrorum lex,  
quę est ceterorum peccatorū somes: propter  
quod

# H O M I L I A

quod illa inter omnes vocatur peccatum, quia illa ex omnibus maxima est poena, quam in hac vita propter peccatum originale sustinet Et merito: quia enim homo suo opifici, dominoque suo obedire renuit, iustum est, ut carnis inobedientiam sustineat, quae animæ suæ bene operanti obstat: & contra illam pugnet, & illam nolentem, ad malum solicitet & impellat. Et ob hanc causam ille peccati fomes, vocatur ab Apostolo, lex membrorum & carnis: quoniam legitimè factum est, ut homini, qui noluit obedire domino suo, non seruiret caro ipsius. Nam supra hominem Deus est: infra hominem caro: homo autem contempsit superiorem, & hinc est quod iustè torquetur ab inferiore. Hæc autem poena adeò nobis est insita: ut simul cum nobis oriatur, neque unquam nos deserat. Hoc est enim illud graue iugum

Ecc. 40 quod (iuxta sapientem) est super omnes filios Adæ, à die exitus de ventre matris eorum, usque ad diem sepulturæ: quia illud peccati incubulum, videlicet carnis concupiscentia, nunquam nos deserit. Propter quod ait Paulus. Nō enim quod volo bonū, hoc ago: sed quod odi malū, hoc facio. Qd nō sic accipiedū est: quia si apostolus vellet esse castus, & esset libidinosus: aut vellet esse sobrius, essetque ebriosus: aut esset elatus, cùm optaret esse humilius: sed

Ro. 7.

sed dictum illius de sola carnis concupiscentia intelligendum est: iuxta hunc sensum. Nō enim quod volo bonum, id est, non concupiscere, illud facio: quia ex carne concupisco. Quoniam & si concupiscentiae non consentio, & post concupiscentias meas non co:tabam adhuc concupisco. Quandiu enim caro mortalis est: non potest à concupiscentijs penitus esse libera. Ex hac carnis concupiscentia, multa nobis incommoda subsequuntur. Et (ut alia omittam) primum est, facilitas quedam ad malum & pronitas. Alterum est, ad bonum exequendum difficultas. Aliud huic proximum est, inconstantia quedam, qua in bono semel coepito diu persistere nequit. De primo dicitur, quod sensus & cogitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescentia sua. Et ex hac pronitate in malum, ortum est, ut (iuxta diuinum Psaltē) ps. 13. oēs declinauerint, simul inutiles facti sint.

Gen. 8.

Virgi.

Enei. 6.

*Facilijs descensus auerni.  
Nolles atq; dies patet atrij ianua Ditis:  
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad curas:  
Hoc opus, hic labor est: pauci quos aequus amauit  
Iupiter, aut ardens eucxit ad aethera virtus,  
Dys geniti potuere.  
Si cymba in aquis fluentibus reponatur, nec  
sit qui obsistat fluctibus, statim ad motu, a  
fluentis*

# HOMILIA.

fluentis aquæ deorsum ibit: q; si contra aquæ fluxum eam ducere quis velit, remis eum infistere, omnemq; adhibere conatum oportet. Anima nostra in carne posita, est tanquam nauicula in aqua. Motus carnis in malū est: quia in lege prohibita mouetur. Si anima negligēs est, securaq; viuit, statim sequitur carnis cōcupiscētias, malasq; eius inclinationes. Nūc ingluuiem sectatur. Nūc libidini indulget. Alias auaritiae deseruit: iterū ambitione rapitur: aliquādo iracūdia feruet: multoties inuidia vritur: sēpissimè acidia torpet. At si contra huius carnis fluxū, animā sursum ducere oportet, necesse est omnē adhibere virtutē, omnes huic rei impendere conatus. Præsertim, si aqua magno cum impetu fluit, hoc est, si carnis tentationes vehementer sollicitēt & vrgeant, ne dicā impellat. Tunc enim magna virtute est opus: tunc necesse est ieiunijs, flagellis, vigilijs, ceterisq; id genus laboribus carnē reprimere: vt ad nutum animæ moueat, illiq; per omnia obediāt. Sed quia caro semper suos habet motus, quo snunquā defērit, necesse est, vt anima semper clauū teneat, semperq; remis infistat: quoniam si semel vel quamlibet paruo tempore intētionem remisit, tēs securam vitam duxerit, statim impetu carnis ducetur ad mortē. Sic enim Dauidi regi

con-

cōtigit. Nam cū hic in bello cōtra Philistæos pugnat, cum Saulis persecutio[n]es patitur, & in his mille labores suslinet : mirum quantis virtutibus pollet, ad quantum culmen virtutis peruenit. Tunc humilis, mansuetus, benignus, castus. Cum verò domi mansit, ocio indulxit, securusque vixit, remos laboris abiecit, tunc impetu carnalis concupiscentiæ rapitur: & alienæ vxoris cęco amore ductus, illic se commiscet. Vt autem hoc crimen melius occultare valeret, maritū illius, qui seruus erat sibi fidelissimus, interficere procuravit. Omnia lēlēta securitas! pessima laboris remissio, quę tantorū malorū est causa! Nam impetus carnalis concupiscentiæ, animam in vitia semper trahet, nisi maxima cum sollicitudine virtuti illa semper intēdat. Et quia hanc carnis cōtrapugnatiā tolerat, ideo magna cum difficultate operatur bonum: quoniam fortius quodlibet agens operatur, & citius, cūm absq[ue] illa cōtradictione agit. Tardiūs autem & difficiliūs, si cōtradictionē & repugnantiā in operatione sua experitur. Ipsa siquidē cōtradictio vires operantis minuit: quoniā omne agēs (vt est apud Aristotelē) etiam cūm agit, patitur. Et hinc est illa animæ infirmitas, vt vires suas ad bene operandū habeat diminutas, quoniam carnem tolerat in omni bono sibi

## H O M I L I A

sibi contradicentem. Et ob hanc causam peccatum, quod ex carnis instigatione oritur, vocatur a theologis peccatum ex infirmitate: quoniam à carne, quæ infirma est, ortum habet, & anima ab illa infirmitatem suā trahit. Et quoniā ex infirmitate procedit, ideo maiori dignum est venia. Nam cùm peccatum omne adeò ex arbitrij libertate pēdeat, ut citra illam, peccatum non censeatur: fieri necesse est, ut quò magis opus aliquod libertate caret, eò minus peccator dici mereatur. Et inde euénit: ut quod ab ignorantia ortum est, peccatum non sit dicendum: eo quòd liberum non fuit, cùm voluntas non appetat, nisi quò illi obiicit intellectus. Quod autē ex infirmitate aut fragilitate carnis prouenit non habet plenam arbitrij libertatem, coq ipsa carnis concupiscentia quodammodo mi-

Sapi.4. nuit iudicium, & vim intellectuam hebetat. Sic enim ait sapiens. In constantia concupiscentiæ transuerit sensum sine mahtia. Nec solū transuerit, sed etiam euertit: nisi vo-

Dan.13. luntas illi effrænatæ concupiscentiæ oblistat. Nam scelèstissimi illi senes, qui exarserunt in concupiscentiam Susannæ, euerterūt sensum suum: & declinauerunt oculos suos, ut nō viderent cœlum, neq; recordarentur iudiciorum iustorum. Quod hūi vim intellectuam minuit

minuit carnis concupiscentia , necesse est , ut  
 illa ipsa , etiam arbitrij libertati aliquid deroget :  
 præsertim cum arbitrij pars quædam non par-  
 ua , sit intellectus . Leuius ergo peccatur cum  
 ex infirmitate , quam cum ex malitia pecca-  
 tur : eo quod ibi minus conatur voluntas , quæ  
 velut inuita , & quodammodo coacta , à concu-  
 piscentia impellitur . Si peccatum est leuius , ne-  
 cessere est ut magis dignum sit venia , & leuiori a-  
 nimaduersione puniatur : quoniam iuxta men-  
 suram delicti , est etiam plagarum modus . Pro-  
 pter quod Paulus æquissimus peccatorum re-  
 prehensor , varijs criminibus varias distribuit  
 correctiones , cum Timotheum instruens quo  
 pacto vitia reprehēdat , ait . Argue , obsecra , in 2. Ti. 4.  
 crepa . Argue illos : quia concupiscentia delicti ,  
 vitijs ut fragiles succubuerunt . Obsecra eos ,  
 qui per ignoratiā peccauerunt . Increpa eos ,  
 qui sola malitia solicitante deliquerunt . Hos  
 enim acerba reprehēsione dignos esse cōset :  
 illos verò mitius tractare iubet . Sic etiam veri-  
 tas ipsa faciendum fore ait . Quicunq; dixerit Mat. 12.  
 verbū contra filium hominis remittetur ei : qui  
 autē dixerit contra spiritū sanctū , non remitte-  
 tur in hoc seculo , neq; in futuro . Quæ Christi  
 verba , nō sic accipiēda sunt , quasi aliquod sit  
 peccatum quod in hac vita expiari nō possit : si  
 cut impij Armeni somniāt , qui peccatum in spi-  
 ritum

## H O M I L I A

ritū sanctū tā lethale esse æstimant, vt nulla illi valeat medicina pœnitentiæ subuenire. Peccatum ergo in spiritum sanctum non remittendum dicitur: quia & si per pœnitentiam culpa deleatur, poenam tamen omnem temporalem, quæ illi peccato post deletam culpam debebatur, soluet qui illud commisit: neq; aliquid illi de pœna remittetur, eo q; nullam habeat ignorantiae aut infirmitatis excusationem. Sicut enim excusationem nō habet in culpa, ita nec remissionem in pœna. Qui autem peccat in patrem & filium, hoc est, per infirmitatem aut ignorantiam (sit quantum graue peccatum) excusationem aliquā habet, vt eius culpae uior esse putetur: & sic configere licebit ad ignorantiam & humana-  
nam infirmitatem, vt sit veniae locus. Quo fit, vt culpa per pœnitentiam ubiq; deleta, mi-  
tiū agatur cum eo, qui in patrem aut filium peccauit, quam cum eo, qui peccauit in spiritum sanctum. Cūm ergo peccatum ex infir-  
mitate leuius sit, & maiori dignū venia, ideo hanc ipsam infirmitatem pietati iudicis nunc obijcit David: quo illum melius & facilius ad misericordiam flectere possit, dicens. Ecce enī in iniuitatibus cōceptus sum: & in pec-  
catis concepit me mater mea. Ad hunc mo-

Iob. 10. dum etiam Job Deum orans dicebat. Memē

to

to quæso quòd sicut lutum feceris mē. Lutū  
 fit, cùm aqua terre miscetur. Ut lutū ergo ho-  
 mo factus esse dicit: ppter ea q̄ cū aīa inserit  
 corpori, tunc quasi aqua miscet terræ: ex qua  
 rerū mixtione lutū cōflatur, qđ est hō. Cū  
 ergo ait. Memeto quæso q̄ sicut lutū feceris  
 me: infirmitatē suā corā deo manifestat: quo  
 maior sit miserādi occasio. Acs̄ diceret. Me-  
 meto quæso quòd nō me condideris velut a-  
 quā solā, quæ pura est sine substātiæ alicuius  
 extraneæ admixtione, prout fecisti angelos,  
 quibus nullā terrenæ substātiæ mole adiuxi-  
 sti, sed fecisti me sicut lutū: quoniā & si ani-  
 mā dedisti, quæ pura est substātia, & spiritus  
 quidā velut est angelus, huic tamen animæ  
 terrā corporis adiunxisti, ex cuius coniunctio-  
 ne & mixtione, quādā cōtrahit anima immū-  
 ditiā: tanquā fluius, qui per immūdū alueū  
 trāfit. Et ab illa terrenæ substātiæ mole habet  
 anima, vt ad terrena appetenda de primatur.  
 Et ob hoc minus culpabilis: quia nō sicut an-  
 gelus, qui nulla carne impellente corruit, sed  
 se ipsum labēs deiecit: & ideo indigii, cui vē-  
 nia prēstetur. Homo autē si cecidit, gravitate  
 carnis deorsum trahēte & impellēte deiectus  
 est: & ideo indignus, qui tam acriter punia-  
 tur. Vix enim fieri potest, vt qui longa & per  
 petua consuetudine simul vitam duxerunt,

## H O M I L I A

non trahat vnuus ab altero aliquid de moribus illius. Cūm ergo caro & spiritus iungi consuetudine iungantur simul comedentes, bibentes, vigilātes, dormiētes, fieri necesse est, vt anima aliquid (ne dicam multūm) de moribus carnis accipiat. Et ideo vitium, quod à carne ipsa ortum habet, facilioris est veniae: quoniam hæc carnis infirmitas pietatis causam iudici præbet non paruam. Sic enim di-

ps. 77. uinus Psaltes in alio quodā Psalmo ait. Ipse autē est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos. Et multiplicauit, vt auerteret iram suā ab eis, & nō accēdit omnē irā suam: & rememoratus est quia caro sunt. Sic etiā idē Job in tribulatione positus excusans se, q̄ verba dolore plena protulerit, q̄ indignatio sagittarū domini spiritum eius

Job. 6. ebiberit, ait. Nec fortitudo lapidū fortitudo mea: nec caro mea ænea est. Ac si diceret. Nō mihi talem tribuisti fortitudinem, qualē angelis: qui quasi lapides duri à te conditi sunt, & ita iminobiles, si voluisserent, permanerent. Non enim doloribus franguntur, nec iucunditate & lātitia solui possunt. Non eos aduersa deiciunt, nec prospera fouent. Mors filiorum contristare illos nō potest: morbi affligerē non possunt: rei familiaris iactura, eoru animos despondere non valet. Non ego talē for-

fortitudinem nactus sum qualem illi: quoniam  
ego dolore premor, calore soluor, frigore in-  
curuor, quo quis in commodo contristor. Non  
enim fortitudo lapidum fortitudo mea: nec  
caro mea ænea est: & ideo nec mirū, si verba  
dolore plena protulerim. Ut lutum enim me  
fecisti, nō vt lapidē: neq; vt æs, aut ferrum: &  
ideo nec mirum, si tētationi succumbā. Hoc  
est, quod nunc Dauid deo obijcit: ut aliquā  
pietatis respectum illi ingerat, dicens. Ecce e-  
nim in iniquitatibus conceptus sum: & in pe-  
catis concepit me mater mea. Quibus verbis  
primordia peccati arguere videtur: & malam  
peccati radicem, quæ ab Eua omnium matre  
ortum habuit, à qua mala radice pessimi ra-  
mi prodeunt. Nam post illud originale pec-  
catum, intellectus obcæcatus est, memoria  
non tenet, affectus friget, concupisibilis ab-  
sq; fræno currit, irascibilis adeò timida est  
effecta, vt sæpe trepidet timore, ubi nullus  
est timor, imaginatio fallit, ignorantia per de-  
uiat quæq; duci, caro concupiscit aduersus  
spiritum, concupiscentia sensum transuertit:  
infinitis quasi repagulis mens nostra cohibe-  
tur, ne ad bonum procedat: innumeris etiam  
calcaribus vrgetur, vt ad malum currat. Hæc  
ergo Dauid coram deo paucis verbis præsen-  
tauit, vt illum ad misericordiam flecteret, di-

## H O M I L I A

cens. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Ac si diceret. Cōsidera fragilitatē meā, & exerce pietatem tuā. Nam quō magis me miserum & miserabilem conspicis, eo magis ad misericordiam moueberis. Non enim fieri potest, quin abyssus miseriā mearum, in uocet abyssum tuā misericordiæ. Nō est me dicus, qui nō compatitur infirmo. Nō est pater, qui nō miseretur filio. Tu ergo benignissime medice aspice me, & miscrere mei. Considera vulnera mea, infunde illis vinū & oleū & ne malæ cōsuetudinis sanies iterū defluat, adhibe ignem charitatis, quo vitia reprimantur, ut pristinæ sanitati restitutus, valeam incepsum operaribonum, & vitam eternam promereri. Quam nobis præstare digneris per merita Iesu Christi filij tui, qui tecum & cum spiritu sancto vivit & regnat per infinita seculorum secula. Amen.

## Homilia vndecima.

*Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.*

 Vi priùs misericordiam petierat, ut vehementius virgeat, iustitia interueniente, eam nunc efflagitat, & deum ad misericordiam illi prestandā

standā quasi cogere videtur, dicēs. Ecce enim  
 veritatē dilexit̄. Qđ bifariā interpretari pos-  
 sum⁹, iuxta duplīcē huius vocis, veritas, signi-  
 ficationē. Varia enim hæc vox in scriptura  
 sacra significare cōsuetuit. Nā aliquādo signi-  
 ficat cōformitatē illā, quæ est inter signa, &  
 res per illa significatas : cūm videlicet ita res  
 habent, ut signa enunciare videntur. Et hoc  
 est communius huius vocis significatum. Ali-  
 quando etiam capitur pro iūlitia. Sic enim  
 accepisse videtur Solomon cūm dixit. Misericordia & ve-  
 ritas obuiauerunt sibi. De hac ergo duplīci  
 veritate hæc verba intelligi possunt. Nā iux-  
 ta vnam significationem, talem possunt ha-  
 bere sensum, ut dicat. Si veritatem, hoc est, iu-  
 stitiā diligis, & me ipsum dilige: quia ea quæ  
 à peccatore ut ad pristinam iustitiam redeat,  
 exiguntur, præstiti. Iustus enim in principio Pro. 18.  
 accusator est sui. Ego autem meipsum corā  
 tuo propheta de peccato accusauī: peccatum  
 meum agnoui, ante oculos meos illud statui,  
 puniū. Tu ergo parce, qui veritatem diligis.  
 Iuxta aliam vero significationem, possunt il-  
 la verba sic interpretari, ut David dicat. Ideo  
 ego reprehēdo, & castigo peccatū meū: quia  
Pro. 20.  
ps. 84.  
Pro. 18.  
tu ve-

# HOMILIA V

tu verax es, & mentiri nequis, sed veritatem diligis. Primum ergo sensum nunc discutiamus, mox alterum. Ut ergo primus sensus sit apertior, admonere primum oportet, q̄ hac sola ratione peccator punit delictum suum in se: quia credit Deum iustum, qui nullum peccatū impunitū abire permittit. Quapropter necessariū esse iudicat, vt homo illud inseparuniat, aut Deus. Ne igitur Deus puniat, peccator prius in se punit: quoniam si homo nō punit, punit Deus. Propter quod Iob me

Iob. 9. ritò ait. Verebar omnia opera mea, sciens q̄ nō parceres delinquenti. Quæ verba neminem non terrebunt, & in magnū stupore revertent. Nā valde alienum esse videtur à diuina misericordia id quod ait, deū nō parcere delinquenti. Nonne deliquit Petrus, cùm se Christū nosse negauit? Paulus cū nomē Iesu suppressimere conabatur? Mattheus cùm sedebat ad teloniū? Magdalena quæ erat ī ciuitate peccatrix? Latro qui aliena diripuerat? Nonne omnes isti deliquerunt, & tandem omnibus illis Deus percitat? Cur ergo Iob ait: sciens q̄ non parceres delinquenti? Ideo certè Deus dicitur non parcere delinquenti: quia delictum nunquam sine ultione deserit. Aut enim ipse homo penitens in se punit: aut deus vindicās, castigat. Et hoc modo fit, ut delinquenti Deus non parcat:

cat: qui nūquam illum sine vltione abire per-  
 mittit. Si ergo ita fore est necessarium, elige  
 quod vis: aut tu ipse puni, aut Deus puniet.  
 Sed cùm alterū horū elegeris, nō te prætereat **Heb.10**  
 quod ait Paulus. Horrendum est incidere in  
 manus Dei viuētis. Vt ergo in manus Dei nō  
 incidas, deduc tu priūs crimen tuū ad manus  
 tuas, puni tu illud, ne Deus puniat. Nam si tu  
 vel mediocriter punieris, deus nō puniet. Vn  
 de Paulus ait. Si nos met ipsos iudicaremus, à **I. Co.ii.**  
 domino non iudicaremur. Quibus verbis, fa-  
 tis expresse innuit Paulus causam quare iudi-  
 camur à domino: quia videlicet nos ipsos nō  
 iudicamus, nos ipsos nō punimus, sed potius  
 blandimur peccatis nostris, fouemusq; illa.  
 Cùm ergo inultū non debeat esse peccatum  
 tuū, puniatur à te, ne puniaris à Deo propter  
 illud. Ne ad tribunal Dei discutiendū tuum  
 peccatū perueniat, deduc tu illud ante tribu-  
 nal mētis tuæ: & ibidem discutes celēris quali-  
 tates: pensa grauitates: constitue te ipsum reū  
 ante te ipsum: peccatum tuum iudicem te ha-  
 beat, non patronum. Discussa iam & anxiè  
 examinata tui criminis qualitate, dignas pro  
 illo poenastibi ipsi infligere non resorinides.  
 Puni cor tuum tristitia, & pœnitutine: cor-  
 pus tuū dolore & lachrymis, alijsq; id genus  
 afflictionibus. Et hoc pacto cùm dominus

## H O M I L I A

ad iudicium venerit , de criminе illo nullum faciet ad punitiōnem examen , nullā tūc pro criminē illo infliget pœnām : quoniam iam transit in rem iudicatam . Non est autē æquū aut rationi consentaneum , vt quis iudicetur bis in id ipsum . Nihil ergo aliud agit quem ve  
raciter pœnitet , nisi vt id , quod malū fecerat , impunitum esse non sinat : eo quippe modo sibi non parcenti , ille parcit , cuius iustum tre  
mendumq; iudiciū nullus peccator pœnitentia  
tiam contemnēs , euadit . Et hæc est causa pro  
pter quā Dauid tam celerimē ad pœnitentiā  
eucurrit , tam sollicitus in sui peccati punitio  
ne fuit : quia videlicet sciebat Deum diligere  
veritatem , hoc est , iustitiā . Sciebat Deū esse  
rectissimū iudicem , qui neminē delinquentē  
non punit : qui nec precibus flecti potest , nec  
minis deterri , nec muneribus placari : sed  
quando crimen aliquod ad illius tribunal di  
scutiendum peruenit , cum furore & indigna  
tione arguit , & punit . Nam de peccatoribus

**Psal. 20.** idem Dauid loquens ait . Dominus in ira sua  
conturbauit eos , & deuorauit eos ignis . Ti  
mēs ergo Dauid ne à Deo tam seuerè iudica  
retur , ipse prius in se suum crimen punire de  
creuit : quoniam scit Deū veritatē , hoc est , iu  
stitiā sic diligere , vt nunquā illā deserere pos  
sit . Sed vnde hoc nosti Dauid , q; te puniente  
Deus

Deus non puniet, & te non puniēte Deus pu-  
niet: Incerta (inquit Deo) & occulta sapiētiæ  
tuæ manifestasti nūhi. Filius Dei, sapiētia est  
patris, de quo Paulus ait. Prædicamus Chri- 1. Cor. 1.  
stum, Dei virtutem, & Dei sapientiā. Hæc sa-  
pientia plurima habet arcana & secreta, quæ  
nulli sunt nota, sed ex illis aliqua reuelat ali-  
quibus. Vnde ipsam et sapientia Ch̄r̄us apud  
Matthæum ait. Confiteor tibi pater cœli & Mat. 11:  
terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus &  
prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Plurima  
erant abscondita philosophis, multa Iudeis  
in lege veteri, quæ nunc reuelata sunt in lege  
euangelica. Iudei siquidem Moysen tāquam Exo. 2:  
paruulū in fiscella scirpea concluserunt: dum  
cœlestes & spirituales illius sensus ad literę in  
firmitatem pueriliter reduxerunt. Sed hunc,  
Pharaonis filia ē fiscella ex clusit, & regio ho-  
nore sublimauit: quia ecclesia ex gētibus sum-  
pta, Moysi legem honorat, multos illi sensus  
spirituales tribuēs: quam Iudei iuxta solum  
literæ corticem intelligendam crediderūt. Et  
hoc est quod Esaias Propheta futurum præ- Esaiæ. 5.  
dixit. Deserta (inquit) in vbertatem verſa, ad  
uenæ comedent. Nam legis Moysi & pro-  
phetarum dicta, deserta apud Iudeos fuerūt:  
quia iuxta myſticum intellectum ea diſſerē-  
do excolere noluerunt. Nobis autē in vberta-  
tem

## H O M I L I A

tem versa sunt: quia & iuxta historiam, legis dicta, largiente Deo, menti nostræ spiritualiter sapiunt: & iam aduenæ comedimus, quæ ciues legis māducare nō luerūt. Propter quod

**2. Cor. 3.** Paulus ait. Dum Moyses legitur, velamen possum est super cor Iudæorum usq; in hodiernum diem: quia cùm audiunt legi scripturā illam, non intelligūt, nisi quòd litera foris carnaliter sonat: & ita celatur eis sensus interior.

**Exo. 2. rū.** Vnde & Moyses cùm ad eos loqueretur, faciem velabat: significans, quia populus ille verba quidem legis cognosceret, sed eiusdem legis claritatem omnino non videret. Sed velamen hoc Christus nobis abstulit, cùm nos docuit legem non carnaliter, sed spiritualiter intelligendam. In cuius signum, ipso moriente, velum templi scissum est: vt ad interiores sensus oculus noster penetrare valeret. Emul tis autem mysterijs & arcanis, quæ sub literæ cortice latitabant, & ob hoc Iudei ignorabāt, vnum & non paruum, fuit remissio peccatorum. Nam hæc paucis nota erat. Niniuitissimum quidem hoc mysterium fuit absconditū, qui ad prædicationem Iona pœnitentiam ageret.

**Ionæ. 2. tes.** dicebant. Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus? Qui autem ex Iudæis hanc remissionem peccatorum sciebant, ignorabant certè ex eis multi, per quem facienda esset. David

uid autem à spiritu sancto edocitus , agnouit  
peccatorum remissionem , per Christum qui  
est Dei sapientia , faciendam : ita , vt sicut per  
sapientiam homines conditi fuerant , ita &  
per eandem redimerentur : & sic per illum fie-  
ret remissio , per quē facta fuerat creatio . Hoc  
ergo occultum & arcanum mysterium dicit  
nunc David fuisse sibi à Deo reuelatum . In-  
certa ( inquit ) & occulta sapientiae tuæ mani-  
festasti mihi . Nā hoc ibi sonat incerta , quod  
arcana . Propter quod beatus Hieronymus  
iuxta hebraicam veritatem sic transtulit . Ab  
scinditum & arcanum sapientiae tuæ mani-  
festasti mihi . Arcanum ( inquam ) hoc , q̄ re-  
missio peccatorum danda erat per Christum  
Dei sapientiam . Et quia tu mihi reuelasti hoc  
sacrum mysterium , mihi & omnibus pecca-  
toribus utilissimum , ideo hac ego reuelatio-  
ne ad commodum meum vtens , peccatum  
meum agnosco : & illud semper ante oculos  
meos statuo : vt ex illius cōtinuo aspectu , per  
petuam doloris occasionem sumam : quoniā  
ni id fecero , tu facies , qui veritatem & iustitiam  
sic diligis , vt nullum peccatum inultum abi-  
re permittas . Possumus etiā aliter hunc versi-  
culum interpretari iuxta aliam veritatis acce-  
ptionē . Quae interpretatio vt apertior sit , & li-  
terae vicinior appareat , admononere priūs opor-  
tet ,

## H O M I L I A

tet, omne peccatum esse velut quoddam mendacium: quoniam non peccamus nisi ea voluntate, ut bene sit nobis, & tamen hinc male est nobis. Si omne peccatum mendacium esse censetur, codem iure conuincitur, ut omnis virtus veritas esse dicatur. David ergo ideo dicit se punire peccatum suum, quia scit Deum odire illud. Odit autem illud Deus, quoniam veritatem, hoc est, bonitatem diligit. Ecce enim (inquit ille) veritatem dilexisti. Ac si diceret. Ideo ego odio peccatum meum, quia tu diligis virtutem. Hac enim lege constringuntur amici, ut eadem ament, eadem etiam odio habent. Non est enim vero simile, ut amicus sis illi, qui quod tu ardenteramas, acerbè odis, quod tu odio prosequeris, ille impotenter & effrænatè diligit. Qui ergo amicus esse optat, oportet ut eadē quæ ille, amet & odiat. Cùm autem diligit Deus veritatem, & odio habeat mendacium, oportet ut peccator (si in amicitiam Dei recipi cupit) peccatum suum infestetur: quoniam omne peccatum tanquam mendacium quoddam meritò aestimatur. Et ob hanc causam (ut opinor) David cœset omnem hominem esse mendacem: quia videlicet omnis homo est peccator. Ego dixi in excessu meo (inquit ille) omnis homo mendax. Verum hic forsitan obstat aliquis, & huic

huic Dauidis censuræ refragari non verebitur, & dicet. Si omnis homo mendax, ergo & ipse Dauid mendax. At rationi consentaneū non est, vt mēdaci quis credere teneatur. Dauid ergo in hac parte credendum non est, si ille mēdax est. Verūm non ita res habet: quo niam hominem hīc vocavit Dauid, non iuxta naturam, sed iuxta naturæ conditionem & qualitatem: ita, vt illum solum hīc hominem dixerit, qui humanos sequitur affectus. Nam Paulus Corinthijs scribens ait. Cūm e- 1. Cor. 3. nim sit inter vos zelus & cōtentio, nonne carnales es̄tis, & secūdūm hominem ambulatis? At contra de ijs, qui spiritui & non carni famulantur, dicitur. Ego dixi, dij es̄tis vos, & fi- Psal. 81. lij excelsi omnes. Omnis ergo homo mēdax: quia omnis homo peccator. Dauid autem vt ostenderet se non fuisse, cūm hēc dicebat, mē titum, prāmisit, dicens. Ego dixi in excessu meo: vt innueret se, cūm hēc dicebat, hominum statum excessisse, & non secundūm hominem ambulasse: vt non hominis lege iudicaretur, nemendax sicut cæteri diceretur. Quòd si homo esset, oportebat vt mēdax etiam esset, quoniam omnis homo peccator mendax. Ut autem ostenderet se ab hac mendacij nota liberum, dixit. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Ac si diceret.

Quan-

## H O M I L I A

Quanuis omnis homo mendax dicatur eg iure quo homo est , & secundum hominem viuit , ego autem cum hæc dico , de menda cito notari non debeo : quia non secundum hominem hæc dico , sed in excessu meo . In quo autem mendacium hoc consistat , ali-

**Psal.61.** bi expressit , dicēs . Mendaces filij hominum in stateris . Sed qualiter in stateris ? Nō enim omnes homines libra vtuntur : nec omnes se in mercaturis exercent , neque omnes circa negotia emptionis & venditionis versantur : quo pacto ergo verum esse poterit , mendaces esse omnes homines in stateris ? Verum certè hoc esse , apertissimè ostēdemus , si non iuxta literā corticem , sed iuxta mysticam aliquam significationem , illud intelligere volu mus . Nam rationem per quam possumus recte de qualibet re iudicare , staterā hic appellavit : & meritò . Quoniam per hanc omniū rerum virtutes & merita trutinamus . Hæc (inquam) est illa statera , quā Pythagoras Philosophus admonuit non esse transiliendam . Nam inter Pythagoræ symbola hoc vnum annumeratur , quo ait , Stateram ne transfilias . Quibus verbis docere nos voluit , nihil esse præter rationem ius & æquitatem faciendū . Stateram habet veracē , qui bona dicit bona , & mala mala , & optima dicit optima . Contra vero

verò stateram habent mendacem illi, quibus  
dicitur. Vēh qui dicitis bonū malum, & ma-  
lum bonum. Duas ergo res inter se cōtrarias  
antete posuit Deus in statera tui iudicij & ar-  
bitrij examinandas, vitium videlicet & virtu-  
tem, vitam & mortem. Bene ergo eas expen-  
de: vide quid eligas, quid tibi vtilius sit: mo-  
mentaneam eligere voluptatem, per quam  
mortem inuenias æternam: an exerceri in vir-  
tutis laboribus, vt tandem perpetuis postea  
fruaris delicijs. Mendaces ergo filij hominum  
in stateris, quia malè trutinant: quoniam ma-  
la pro bonis eligunt: vana veris anteponunt:  
momentanea, perpetuis & nunquam peritu-  
tis bonis preferunt. Mendaces etiam filij ho-  
minum in stateris dici possunt: quia varijs sta-  
teris vtuntur. Nam vna statera, expendunt fa-  
etasua: & alia, librant aliena. Minori pondere  
examinant sua peccata, & maiorialiena. Pon Pro. 20.  
dus & pondus, mensura & mensura: vtrūque  
abominabile apud Deum. Mendaces ergo  
sunt filij hominū in stateris: quia oīnis pec-  
cator hoc habet, vt in suis peccatis examinan-  
dis & puniendis, mitissimus sit: in alienis au-  
tem, mirum quām sit eorum quilibet seuerus.  
Mendaces ergo sunt in stateris: quia nec sua,  
nec aliena facta æquo pōdere librāt. Propter  
quod Saloniō ait. Statera dolosa abominatio Pro. 11.

# H O M I L I A

**Pro.ii.** apud deū, & pōdus æquū volūtas eius. Ac si diceret. Hominū affectus & iudicia, staterē dolosæ sunt. Sola Dei volūtas est æqua state ra, quę oībus sine vlla personarū acceptione iuxta corū merita distribuit. Satis itaq; aper- tē (vt arbitror) ostēdimus iam omne peccatū esse mendacium: quo fit, vt omnis virtus, ve- ritas sit etiam dicenda. Dauid ergo ideo pec- catum suum se odiſſe afferit: quia scit Deum diligere veritatem, hoc est, virtutē. Hac enim lege (vt dixim⁹) amici astringūtur, vt idē odi- reteneantur. Si quis ergo in dei amicitiā inſe- ri optat, oportet, vt idē quod Deus diligat, & odiat. Deus autē veritatē, hoc est, virtutē dili- git: mendacium verò. i. vitium odit. Idē ergo peccatorem facere oportet, vt. s. vitiū odiat, & veritatem diligat. Quisquis ergo in pecca- tū aliquod lapsus es, agnosce te esse inimicū Dei: quoniam iniquos ille odiſſe habet: & pec- cata nostra diuidunt inter nos & illū. Quod si in Dei amicitiā recipi vis, odire te oportet peccatum tuū: & diligere veritatē. Statue pec- catum tuum corā te semper: vt cōtinuus pec- cati aspectus, iugem odij materiam ministret: & sic te peccatū tuum odientē & deplorantē, Deus in suam amicitiā recipiet: cōferens tibi in prēsentī gratiam, & tandem in futuro glo- riam, per merita Iesu Christi filij tui. Qui cū eodem

codem patre & spiritu sancto viuit & regnat  
in secula seculorum. Amen.

## Homilia Duodecima.

*Asperges me domine hyssopo, & muda-  
bor: lauabis me, & super niuem  
dealbabor.*

**S**icut occula illa sapientiae tuae, quæ te mihi reuelante cognoui, hoc unum est: quod si videlicet me semel hyssopo asperseris, mundus ero: si autem laueris, super niuem dealbabor. Lata est quidem differentia inter aspergere & lauare: nec minor certè est inter sacramenta veteris legis, idest, expiationes, et lauacra, que in legge veteri siebant, et baptismum aut pœnitentiam. Nam illa veluti aspergebant, ac proinde non absolute inundabantur. Ex operibus legis (ut ait apostolus) non iustificabitur omnis caro. Baptismus vero & pœnitentia tanquam quædam lauacra animæ sunt: quibus si abluatur anima quamlibet sordida, super niuem dealbitur. De baptismo siquidem loquitur dominus per Ezechielem prophetam, cum ait. Efundam super vos aquam mundam, & mun-

L 2 dabimini

Rom. 3  
Eze. 36.

# HOMILIA

dabimini ab omnibus iniquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo eos. Et dadovobis cor nouum: & spiritum nō

Zach. 13 *Zachariam iterum ait. In die illa erit fons pa-*

*tens domui Dauid, & habitantibus Hieru-*

*salem; in ablutionem peccatoris & menstrua-*

*tæ. Et erit in die illa, dicit dominus exerci-*

*tuum, disperdam nomina idolorum de-*

*terra, & non memorabuntur ultra. Hæc ibi.*

*Hoc lauacro deletur culpa, remittitur pœ-*

*na, minuitur fomes peccati, conceditur gra-*

*tia: quæ omnia filijs Israel transeuntibus ma-*

*re in figura contigerunt. Nam Pharao cum toto exercitu in eodem mari summer-*

*fus est, ita, ut unus ex illis non remanserit.*

*Marit transacto, liberati sunt à seruitute luti,*

*& lateris, quam in Aegypto patiebantur. Hi qui in Aegypto repugnare Aegyptijs nō po-*

*terant, transacto mari, contra reges incircun-*

*cisos fortissimè dimicant. Post transitum ma-*

*ris, vescuntur cœlesti manna, cibo dulcissi-*

*mo, qui in Aegypto porris & cepis vescaban-*

*tur. Transitum maris fuisse baptisimi figurā*

i. Co. 10 *testatur Paulus, qui in priore epistola ad Corinthis, hæc ait. Patres omnes sub nube fue-*

*runt, & omnes mare transferunt, & omnes in Moyse baptizati sunt & in mare. In hoc mari iunid. b Pha-*

Pharaō cū toto exercitus summersus est: qā in baptismo potentia diaboli summergitur, omnia peccata delentur; ita, vt vnum non remaneat ex eis. Nullum est enim peccatum, quod non deleatur baptismo. In paruulis enim deletur originale, in adultis verò non solū hoc, sed etiam actualia, si quæ insunt. Transacto mari, liberati sunt filij Israel à pœnis lutis & lateris, quibus à Pharaone addicti erant: & recepto baptismate, omnis pœna, ad quam propter peccatum obligatus fuerat peccator, tollitur. Ita, vt deleta culpa, nulla supersit propter illam toleranda pœna. Quo fit, vt si aliquis quālibet sceleratus baptismo (videlicet) ablytus, continuò post suscepsum baptismū ex hac vita migrare contingeret, euolaret ad cælū, nullā propter cōmissa scelera passurus pœnā: quoniā omnia iam in baptismo purgata sunt. Oia enim illa prima iam abierunt. Filii Israel postquā mare transferunt, audacie res, & robustiores, & fortiores effecti sūt. Qui enim in Aegypto nō audebat nec valebant Aegyptijs resistere, postquā mare trāsferunt, fortissimè contra barbaras nationes dimicāt. Magna est imbecillitas, quam anima non baptizata ī Aegypto peccati originalis existēs, habet: qm̄ tyrannide somnis sic premitur, vt vix alicui dēmonis tentationi resistere va-

# H O M I L I A

Rom 7 leat: adeò ut (iuxta Paulū) nō quod vult bonū  
hoc agat, sed qđ nō vult malum. Sed baptis-  
mo suscep̄to, anima vires sumit, tyrānidē ex-  
cutit: qm & si in mortali nostro corpore pec-  
catū habet, nō tñ regnat. Audacior in pugnā  
exit. Fortius in bello agit. Barbaras nationes,  
hoc est barbaros motus in carne & ex carne  
surgētes reprimit, deuincit, suæq; ditioni sub-  
iicit. Sed qm vires desunt, si corpus caret cibo  
quo alatur, vegetetur, & roboretur, hinc est, q  
filijs Israel post transitū maris datur cibus cæ-  
lestis: videlicet māna dulcissimum, quo vesce-  
rentur. Sic etiā baptismū suscipienti, datur cib-  
us, quo anima illius alatur, & nutriatur, & ad  
pugnā roboretur: videlicet gratia, quę sic est  
dulcissimus animæ cibus, vt omnem virtutis  
saporē in se contineat: prout faciebat manna.  
Hoc enim cū vnicus esset cibus, cuiuslibet ta-  
men cibi iuxta comedentis appetitum redde-  
bat sapore. At gratia quanuis vnicus fit mētis  
habitus, & vnicā virtus, tamen omnium cate-  
rarum virtutum saporem retinet: quoniam  
ad cuiusq; virtutis actus cùm res exigit, men-  
tem sollicitat & impellit. Nam gratiam nos cē-  
semus (& non immerito) idem esse, q chari-  
tas. De charitate verò, cùm vnicā sit virtus,  
**¶ Co. 3.** Paulus tamē ait eam esse patiētem, benignā,  
humilem, non sibi soli prospicientem, Non  
quòd sit

¶ sit patientia ipsa, aut benignitas, aut humilitas, cum nihil horum sit: sed quia ad eosdem aestus, ad quos istarum quaelibet mete impellit, & eosdem (ut ita dicam) sapores sicut illarum quaelibet, reddit. Ecce ergo mirabiles huius lauaci virtutes, quod culpadelet, poenam remittit, somitis tyrannidein minuit & mitiore reddit, gratiam ad bene operandum, & vitam promerendu aeternam confert. Ideo bene Paulus vocauit baptismum lauacrum regenerationis, & renouationis: quoniam baptizatus, ut ex vaticinio Ezechielis supradictauit, recipit cor nouum, & spiritum nouum. Hoc lauacrum lauari se petit propheta regius, cum ait. Asperges me domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niue dealbabor. Hyssopo mundari secundum legem postulat, lauari per baptismum concupiscit: quo lauacrum si lotus fuerit, super niuem censet se fore dealbandum. Quibus verbis, & veteris legis ceremonias laudat, & nouae legis sacramenta perfert. Quoniam omnes veteris legis ceremoniae quanuis carnem mundabant, non tamen ad animam earum virtus pertingebat, Qui vero baptimate lotus fuerit, supra niuem dealbatur anima eius, peccato iam per baptismum dimisso. Sed postquam hoc baptismo anima lota est, eam iterum foedari contingit

Tit. 3.

# HOMILIA

sordibus diuersorum peccatorū: & hoc Iau-  
crum iterum sumi ad remediuū nō pōt: quo-  
niā hic baptismus quasi quædam Christi  
mortis figura est, vt ait Paulus, sic ad Roma-  
**Rom.6.** nos loquens. An ignoramus fratres quia qui-  
cunque baptizati sumus in Christo Iesu, in  
morte ipsius baptizati sumus? Consepulti em̄  
sumus cum illo per baptismum in mortē: vt  
quomodo Christus surrexit à mortuis p glo-  
riam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambu-  
lemus. Ex quibus & alijs multis, quæ eodem  
loco Paulus differit, constat baptismum esse  
velut quandam mortis & resurrectionis Chri-  
sti figuram: ita, vt quemadmodum in morte  
Christi peccatum omnium nostrum mor-  
tuū est, ita cū quis aqua mergitur, peccatum  
eius tunc perit. Et cū aqua emergimur, resur-  
rectionē Christi figuram: vt quomodo ipse  
resurrexit clarior & pulchrior quam fuerat  
priūs, nō habens decorem: sic anima post ba-  
ptismū reddatur pulchra, q̄ priūs fuerat tur-  
pis, atq; deformis. Cū ergo Christus semel tñ  
pro peccatis nostris mortuus sit, & semel tñ  
propter nostrā iustificationē etiam surrexit,  
oportet, vt nos semel tñ pro peccatis nostris  
baptizemur. Qui autē secūs fecerit, iteratō  
**Hebr.6** (stolus) Christum crucifigit. Cū ergo post su-  
ceptum

sceptum baptismum qui sordibus peccatorū  
 intinctus fuerit, non possit iterum baptismō  
 lauari, vt mundetur: Deus pientissimus aliud  
 nobis reliquit lauacrum, videlicet poeniten-  
 tiā: qua qui lotus fuerit, etiam super niuem  
 dealbatur. Vnde postquam Dominus per  
 Esaiam Prophetam veteris legis cæremonias  
 tanquam inutiles reiecit, in eā locum poeni-  
 tentiam substituens, ait, Lauamini, mūdi esto **Esai. i.**  
 te: auferte malum cogitationum vestrarum  
 ab oculis meis. Quiescite agere peruerse, disci-  
 te benefacere. Deinde virtutem poenitentiae  
 ostendens, ait. Si fuerint peccata vestra ut coc-  
 ciuin, quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint  
 rubra velut vermiculus, quasi lana alba erūt.  
 In coccino igneus color est, in vermiculo san-  
 guineus. Peccata ergo carnis velut coccinum  
 sunt, quoniam carnis libido (teste Job) ignis **Job. xi.**  
 est usque ad perditionem deuorans, & omnia  
 virtutum genimina eradicans. Peccatum ve-  
 rò homicidij aut cuiuscunque alterius crude-  
 litatis, sunt tāquā vermiculus. Quālibet ergo  
 grauia peccata per poenitētiā delentur. Nā  
 cūm Petrus insinuasset acerbā eorum crude-  
 litatem ijs, qui Christum crucifixerunt, dixe-  
 runt illi Petro. Quid ergo faciemus? Quibus **Act. 2.**  
 Petrus ait. Poenitentiam agite, & baptizetur  
 unusquisque vestrum in remissionē peccato-  
**L 5** rum.

ram. Ac si diceret. Lauamini, & mundi esto : quoniam si fuerint peccata vestra velut coccinum, quasi nix dealbabuntur . Quasi nix, inquam, & multò ipsa niue albiores redentur. Nā de quibusdam iustis vniusprophetarum.

**Thr. 4.** tā dixit. Candidiores niue . Vides quanta sit pulchritudo animæ existētis in gratia, quod Deus amore format illius captus, eam in sponsam assūmit. Quapropter ego exissimo hāc fuisse potissimum peccati angelici causam & originem, quod in seipsum vertit oculos , & suam illam illustrem pulchritudinem, in qua eum Deus considerat, vndiq; circunspiciēs, illam ardētissimè amauit, & in amorem suū (velut alter Narcissus) deperīt. Multò ergo niue candidior est anima Deo grata . Cui ergo comparabo te , aut cui assimilabo te filia Syon? Certè quoniam nihil erat in corporalibus niue candidius, ideo niueam assimilavit Esaias dicens. Si fuerint peccata tua ut coccinum, quasi nix dealbabuntur . Niui assimilans ipsam gratiam , quæ anima per poenitentiā dealbatur. Hæc est illa spiritualis nix,

**Mat. 17** de qua Matthaeus ait: quod Christi seruatoris nostri vestimenta in sua transfiguratione fuerint alba sicut nix , eo quod caro eius quæ verūmentum est diuinitatis , fuerit immunis à peccato, & totius gratiæ decore insignita. Dauid

uid ergo huius lauaci virtutem agnoscens eo  
 se lauari petit, dicens. Asperges me domine  
 hyssopo & mundabor: lauabis me, & super nā  
 uem dealbabor . Sed rem istam altius adhuc  
 repetamus. Nam est aliud multò illustrius la  
 uacrum, quod cæteris abluerit virtutem præ  
 stat: & sine cuius admixtione & tempera  
 mento, nulla est cuiusvis alterius lauaci vir  
 tus: nempe sanguis Christi. Hic enim nostras  
 animas ornat. Hic nostras mentes niue can  
 didiores efficit, & auro splendidiores. Asper  
 gi ergo se hyssopo petit ut mundetur: ad le  
 prosi legitimā mundationem alludens, quæ  
 aspersione facta per hyssopum sanguine pas  
 seris mortui tintatum, fiebat. Nam leprosus Leui. 4  
 qui mundari aut purificari volebat, duos  
 passeris iubebatur offerre, & lignum cedri  
 num, & vermiculum, & hyssopum. Ex qui  
 bus passeribus, unus immolabatur in vase  
 fictili super aquas viuentes, alias autem vi  
 uus cum ligno cedrino, & coco, & hyssopo  
 tingebatur in sanguine passeris immolati, &  
 hoc aspergebatur septies leprosus, ut iure pur  
 garetur . Leprosum figuram esse hominis  
 peccatoris (vt sermonis prolixitatem evitem)  
 nolo nunc ostendere: præsertim cum illud  
 omnibus (vt arbitror) sit iam apertissimum.  
**A**d ipsius ergo leprosi purificationem inter  
 pretan

# HOMILIA

- pretandam transeamus. Vnus passerū, quos  
leprosus iubetur offerre, Christus saluator no-  
ps. 101. ster est, qui per Prophetam ait. Vigilaui & fa-  
Exo. 6; etus sūm sicut passer solitarius in tecto. Soli-  
Psal. 68. tarius (inquam) quia torcular calcavit solus:  
Psal. 83. qui & sustinēs qui simul cum eo contristare-  
tar non intuenit. Hic est ille passer qui inuenit  
**Luc. 9.** nit sibi domum: quoniā Christus, qui in hoc  
mundo non habuerat ubi caput reclinaret, a-  
scendens in cælum, inuenit ibi domū, in qua  
deinceps firma statione maneret. Huic passe-  
ri aliis iungitur, cùm homo aliquis Christo  
se associat, ut illius vitam imitetur. Nam hu-  
militas siue paupertas sanctorum, per passe-  
rem designatur in psalmo, in quo de cedris,  
idest potestatibus seculi, quas Deus in ecclē-  
**Psal. 103** sia plantauit, David loquens ait, Illic passerē  
nidificabunt: quia scilicet pauperes Christi à  
diuitiis huius mundi necessaria vitæ percipiunt.  
Hyssopus cùm sit herba quæ pulmo-  
nis inflationi (ut medici afferunt) medetur, si  
**Act. 15.** dem significat, quæ (iuxta Petri testimoniu-)  
purificat corda hominum. Cedrus, quæ ad al-  
tare tollit, spem designat: quæ non terrena &  
transitoria, sed cælestia & perpetua nobis re-  
mittit. Vermiculus deniq; qui instar ignis  
flammescit, charitatē denotat: quæ iustos in  
Dei amore facit ardentes. Ex his duobus pal-  
seri-

seribus, vnum offert leprosus: cùm peccator  
 credit Christum redemptorem nostrum pro  
 nobis in cruce immolatum. Is enim verè im-  
 molat Christum, qui illum pro nobis immo-  
 latū esse firmiter credit. Sed quòd passus iste  
 in vase fictili immolari præcipitur, hoc signi-  
 ficat, quòd Christum in solo corpore (quod  
 propter fragilitatē vas fictile meritò dici po-  
 test) immolatum fuisse credendum est. Quòd  
 autem super aquas viuentes passus immolari  
 præcipitur, huc tendit, vt iuxta scripturarum  
 autoritatem Christus passus esse credatur.  
 Nam aquæ viuentes, sacræ sunt scripturæ:  
 quoniam (vt Christus ait) verba quæ ego lo- Ioā. 24.  
 quor vobis, spiritus & vita sunt. Super aquas  
 ergo viuentes passio Christi cōsummata est:  
 quando prænuntiationi propheticæ, terum  
 exhibitio superaddita est: hoc effectus ostendit,  
 quod sermo prædictus. Et ita factum esse,  
 idem Christus ex mortuis resurgens cōpro-  
 bavit: cùm discipulos euntes in Emmaus allo-  
 quens, & aperiens illis sensum ut intelligeret  
 scripturas, dixit. Sic scriptū est, & sic oportebat Luc. 24  
 Christum pati, & tertia die resurgere à mor-  
 tuis. Passer itaque Christus super aquas viuen-  
 tes immolatus est: quia iuxta id, quod de eo  
 lex & prophetæ prædixerant, Christus salua-  
 tor noster in aræ crucis pro nobis oblatus est.

In hu-

## HOMILIA

In huius passeris immolati sanguine , viuus  
passer tingitur: qui per Christi mortem vniuersaliter  
cuiusque fidelis anima ad vitam resurgit : &  
eo moriente, spes nobis redditur aeternae  
vitae. Nec solus passer tincti iubetur, sed cum hyssopo & ligno cedrino & cocco: ita , ut eorum  
quodlibet etiam sanguine passeris immolati  
tingatur. Tingitur hyssopus, cum fides nostra  
ex mysterijs dominice passionis informatur.  
Tingitur lignum cedrinum, cum omnis spes  
nostra in redemptoris nostri sanguine radica-  
tur. Tingitur coccus , cum ex recordatione  
acerbissimae illius passionis, illum totis visceribus  
ardentissime amamus. In sanguine ergo  
passeris immolati simul cum uno passere, hyssopus,  
lignum cedrinum , & coccus tingitur,  
cum de morte redemptoris fides nostra fir-  
matur, spes per illam roboratur , charitas ar-  
dentior efficitur. Hoc sanguine septies asper-  
gi iubetur, qui immundus est, ut sic iure puri-  
ficetur. Septenarius numerus , septiformem  
spiritus sancti gratiam significat . Septies as-  
pergi iubetur: ut remissio peccatorum spiri-  
tui sancto consecrata esse credatur. In cuius  
signum, postquam dominus discipulis suis di-  
**Ioan. 20** x erat, accipite spiritum sanctum , continuo  
subiecit. Quorum remiseritis peccata, remit-  
tuntur eis. Quo verborum ordine, innuit apo-  
stolus

Nolus non potuisse hanc potestatem remittendi peccata habere, nisi prius virtutem in Spiritu sancti accepissent. Henc igitur qui immundus fuerit, sanguine passeris immolati septies aspergitur: quia quisquis lepra spiritu si fuerit infectus, sine Christi sanguine, à peccatis suis non poterit purificari. Nullus enim peccator iure purificari poterit, nisi sanguine passeris huius fuerit aspersus. *Hic est Ioan. 1.*  
 Enim agnus Dei, qui solus tollit peccata mundi. *Hic est, quem (ut ait Paulus) proposuit Rom. 5.*  
 Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Nec est aliud nomen sub caelo datum *Act. 4:*  
 hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Sanguine ergo passeris mortui aspergitur leprosus, ut iure mundetur: quia sanguine Christi pro nobis in cruce immolati, mundatur omnis peccator. *O sanctitas! O potestitia sanguinis ihuus!* *O beatus sanguis, cuius aspersione lepra nostra mundatur: cuius pretio qui captiuus tenebatur, liber dimittitur: cuius denique tactu mortui suscitantur.* *Datur ergo, qui se peccati lepra infectum agnoscebat, ut iure purificetur, hyssopo, hoc sanguinetincto, se aspergi petit, dicens.* Asperges me domine hyssopo & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. *Asperges me hyssopo profundissime humilitatis si-*

# H O M I L I A

Iij tui:vt deinceps nō intumescam superbia.  
Lauame sanguine Iesu Christi filij tui,in quo  
omnium peccatorum maculas scio facilimē  
**Apo.1.** posse mundari.Omnes enim sancti lauerunt  
stolas suas in sanguine agni. Quod autē hoc  
sanguine tintum fuerit,super niuem dealba  
tur.Laua ergo me hoc sanguine:vt sic mūdus  
& super niuem dealbatus, possim intra castra  
tua,& intra muros ciuitatū Hierusalem re  
cipi:per merita Iesu Christi filij tui . Qui tecū  
& cum Spiritu sancto viuit & regnat in secu  
la seculorum.Amen.

## Homilia Tertiadecima.

*Auditui meo dabis gaudium  
& lætitiam.*

**S**VNT qui putent Dauid in hoc  
versu id agere, vt velit, Deum ite  
rare promissiones, quas antea fece  
rat,cūm per Nathan prophetā sic  
i.parali olim locutus fuerat, Suscitabo semen tuum  
**pom.17** post te,quod egredietur de vtero tuo , & fir  
mabo regnum eius:ipse ædificabit mihi do  
num nomini meo:& stabiliam thronum re  
gnieius vsque in sempiternum. Ego ero ei in  
patrem,& ipse erit mihi in filium . Et paucis  
interie

interiectis. Et fideliſ erit domus tua, & regnum tuum vsq; in æternū ante faciem meā. Quas promissiones si deus iterat, et ipsi Dauid, nihil in cundius auditu, nihil lætabilius suis auribus percipere poterat. Et ob hanc causam dictū cēsent. Auditui meo dabis gaudiū &c. Verū hæc interpretatione mihi nō probatur: propter ea quod dissidentia quandā, & hesitationē Dauidi tribuere videt. Nā qui promissionē sibi factā iterare petit, de pmitteſis fide quodāmodo dubitare videſ: qm̄ si primo illius verbo credidisset, secūdū exigere nō curaret. At Dauid, quāuis adulteriū & homicideū cōmiserit, in religione tñ & pietate nūquā deliquit, vt de dei veritate veltatillū dubitaret. Esto, cūm peccato seruiebat, etiā in hoc crimē fuisset laſpus, vt dei verbis fidē derogate nō fuisset veritus: postquā tñ ad vocē & cōminationē prophetæ resipuit, non fuit illi hoc tribuendum. Quapropter lōge aliter ego sentiēs, dico: Dauidē tā firmiter deo ſemper credidisse, & deo per os Nathā prophetę loquēti tā humiliter obedisse, vt gaudiū & letitiā tāquā præmiū fidei ſue, & obediētię, ſibi dari poſtulet, dicēs. Auditui mō dabis gaudiū & letitiā, & exulta būt oſſa humiliata. Multa Dauid audierat tū exteriori tū interiori auditu: propter quę letabundus exultat, maiore & vberiore ſperas ſe-

# HOMILIA

adhuc in posterum habiturum lētitiā. Nam à propheta Nathan voce sensibili ad ipsum loquente, audiuit sui peccati remissionem. A domino autē reuelante, & interius ad cor loquente, audiuit omnia quę prototius generis humani peccato delendo facienda erant: quo videlicet initio, & quibus medijs, humani generis salutem in medio terrę deus operari decreuerat. Et quia his omnibus indubam præstitit fidem: nec deo interius docenti relistens, nec prophetæ exterius loquenti repugnans, ideo de sua omniumque salute securus accertus exultat, sperans in suę fidei prémium dari adhuc in posterum gaudium & lētitiam & exultationem. Ideo ait. Auditui meo dabis gaudium & lētitiam. Auditus nomine, in sacris literis aliquando denotatur fides, aliquando obediētia. Et de vtroq; auditu possumus hęc Davidis verba interpretari. Fides denotatur per auditum: quoniā

Ro. 10 (vt ait Paul⁹) fides est ex auditu. Et apud Ioā

Ioan. 5. nem Christus ait. Qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me: neque vocem eius vñquam audistis. De quo autem auditu loqueretur, exposuit subiungens. Quia

quem misit ille, huic vos non creditis. Et cùm Moyses mittitur à Deo ad Pharaonem, ait.

5. Ecce filij Israel non audiunt me, & quomo-  
do au-

Quod audiet Pharao? Cum ergo Dauid ait, Auditui meo dabis gaudium & letitiam: idem est, ac si diceret. Fidei quam prestiti iis, que a te & propheta tuo audiui, dabis in premium gaudium & letitiam. Cum enim primum audiui a te ea que mihi reuelasti, statim credidi, & solo auditu letatus sum: spero ut postea me etiani visu letifices, eo quod dictis tuis crediderim. Sed iam videamus que & qualia sint illa, que propheta audiuit, & solo auditu animam illius letificauerunt. Certe oia que usque ad consummatam humani generis redemptionem deus ante fieri decreuerat, & nunc iam cōpleta sunt. Omnia enim hæc idem propheta, tanquam a deo edocitus, antequam facta fuissent, predixit. Primum omnium quod & nostræ redēptionis initium fuit, est incarnatione Dei. Hanc autem Dauid prædixit, sic inquiens. Descendet sicut pluia in vellus. Non sicut pluia super terram: quoniam super hanc descendens pluia, sonum reddit: super lanam autem, & in vellus descendens, nullum sonitum facit. Mollicies lanae causat, ut nullus sit sonus pluiae descendenteris. Quia ergo venit filius Dei non cum fulgure, aut tonitruo, neque cum strepitu, neque nuda deitate, ideo ait. Descendet sicut pluia in vellus. Quoniam nemine sciente,

A H O M I L I A R Y

- sed silentiō, & tacitē venit; ita ut ipsum etiam  
dēmōnē lateret introitus in vterū virginalō.
- Psal. 28 Ostēdit Christi baptismū, cūm ait. Vox dñi  
super aquas, Deus maiestatis intonuit. Ibideū  
vox patris audita est. Apostolorū electionē
- Psal. 44 prædixit his verbis. Pro patrib⁹ tuis nati sunt  
tibi filij. Declarat Christi abstinentiam cūm
- Psal. 108 ait. Genua mea infirmata sunt à iejunio. Ex-  
pressit Christi prædicationem, dicens. Ape-
- Psal. 77 riam in parabolis os meū. Quod de Christo  
dictū esse constat: qui (vt euangelia testātur)  
in parabolis locutus est. Dixit Iudeorum ad-
- ps. 109. uetus Christum pugnam, sic inquiens. Cūm  
loquebar illis, impugnabant me gratis. Pro-  
dit consilia eorum mala aduersus Christum,
- Psal. 37. dicēs. Qui inquirebat mala mihi locuti sunt  
vanitates: & dolos tota die meditabantur.  
Magnificam illam panum distributionē, &  
sua ibidem ministerium explicauit, dicēs.
- Psal. 80 Manuseius in cophino seruierunt. Manife-  
stè ostendit à discipulo prodendum, cū ait.
- Psal. 40 Homo pacis meæ in quo speravi, qui edebat  
panes sine os mecum, magnificauit super me  
supplantationē. Prædixit corpus Christi no-  
bis in eibum relinquendum, sicut inquiens. Me  
moriam fecit mirabilem scorum, misericors  
& miserator dominus escam dedit timenti-  
bus sc. Ostēdit vulnera pedum & manuum;
- cum

cū ait. Foderunt manus meas, & pedes meos. Psal. 110  
 Prodit Iudeorum insultationes, cū illorum  
 nomine, Iræc dixit. Sperauit in domino, eri- Ibidem  
 piat eum, saluum faciat eū, quoniā vult eum.  
 Dicit cibū & potū, his verbis. Et dederunt in Psal. 68  
 escam meā fel, & in siti mea potauerunt me  
 aceto. Sepulturam verò talibus annunciat  
 verbis. Posuerunt me in lacu inferiori. Nec psal. 87  
 taaten resurrectionē subticuit, inquiens, Non psal. 15.  
 derelinques animā meam in inferno, nec da-  
 bis sanctum tuum videre corruptionem. Sed  
 & ascensionis illius non est oblitus. Sic enim  
 de illa ait. Ascendit Deus in iubilo: & domi- Psal. 46  
 nus in voce tubæ. Thronum illius in gloria se-  
 dentis, sic exprimit. Dixit dominus domino psal. 106.  
 meo: sede à dextris meis. Dona spiritus sancti  
 post ascensionem eius in cælo manifestauit,  
 dicens. Ascendisti in altum, cœpisti captiuita psal. 67  
 tem, accepisti dona in hominibus. Aduentū  
 deniq; ad iudicium expressit, his verbis. Deus psal. 49  
 manifestè veniet: Deus noster, & non filebit:  
 ignis in conspectu eius exardescet, & in circui-  
 tu eius tēpestas valida. Hæc sunt quæ David  
 audiuit à dño, quibus auditis, mirum in mo-  
 dum letatus est. Audiens autem non sic læ-  
 tatus est quasi non credens: sicut contigit ijs  
 qui fabulas audiunt. Hi enim quāvis nullam  
 dictis præstent fidem, audientes tamen lætan-  
 tur

# H O M I L I A

tur. David autem non sic: quoniam audiens  
haec tā alta mysteria tā que proficia huma-  
no generi: cū audiret, gauisus est: & audi-  
tis, præbuit fidem, credens ea omnia sic fu-  
tura, quemadmodum audiverat. Et quia sic  
credidit, sperat fidei suæ dandum præmium:  
gaudium videlicet, & latitiam, & exultatio-  
nē: ideo ait Auditui meo(hoc est)fidei met-  
dabis gaudium & latitiam, & exultabunt os  
sa humiliata. Præmium siquidem fidei est

**Psa.44** visio, & inde sequitur gaudiū & letitia. Vnde  
psalmus. Audi filia & vide. Ac si diceret. Cred-  
e, & videbis: quoniā nisi credideris, nō vide-  
bis. Videns autē gaudebis, & lætaberis: & au-  
ditui tuo dabitur gaudiū & letitia. Potest etiā  
hic psalmi versiculus exponi de obedientia  
quēadmodum de fide: quoniā auditus nomi-  
ne in sacris literis etiā obedientia designatur.  
Hoc autē ex quarto libro regum apertissimè  
colligitur, vbi de obstinatione & inobedien-

**4. Re-** tia Iudeorum dominus loquens, ait. Qui nō  
**gū.17.** audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam,

juxta ceruicem patrum suorum, qui nolue-  
runt obedire domino deo suo. Quo loco con-

**Esa.33.** stat, audire, positū esse, pro obedire. Et in Esa  
ia propheta dicitur. Qui obturat aures suas  
ne audiat sanguinem, ille in excelsis habita-  
bit. Quia enim nomine sanguinis (ut in ex-  
positio

positione alterius versiculi huius psalmi pos-  
tea dicemus) peccatum significatur, ille dici-  
tur non audire sanguinem, qui non obedit  
peccato. Ille verò obturat aures ne audiat san-  
guinem, qui omnem peccati occasionem cui-  
tat, ne incidat in peccatum. Auris enim, via  
est per quam ingreditur sonus, ut percipiatur:  
& occasio peccati porta lata est, per quā pec-  
catum ipsum ingreditur. Et quia ad vitā æter-  
nam consequendam oportet nō solum pecca-  
tum sed etiam peccati occasionem evitare,  
ideo ait. Qui obturat aures suas ne audiat san-  
guinem, iste in excelsis habitabit. Ille enim  
verè in excelsis gloriæ habitabit, qui omnes  
obstruxit rimulas, quibus anima possit ad  
peccati consensum peruenire. Contra ve-  
rò de obedientia deo & prælato præstan-  
da præcipitur in figura seruo hebreæo, qui Exo.21.  
septimo anno reiiciebat libertatem quam  
illi lex concedebat, ut auris eius subula per-  
foraretur. Seruus hebræus, qui sponte ser-  
uitutis suscepit iugum, figura est cuiuslibet,  
qui propriam renuens libertatem, alte-  
rius voluntati & potestati se subdit. Hic  
enim cùm liber esset, sua tamen voluntate  
factus est seruus. Huius auris præcipitur  
subula perforari: ut videlicet pateat via præ-  
cepto illius, cuius voluntati se vltro subiecit.

# HOMILIA

Iustum est enim ut qui obedientiam promisit, sit promptus & paratus ad prestatum ea quae promisit. Dicat ergo nunc propheta. Auditui meo dabis gaudiū & lētitiam. Ac si diceret. Quia tuis mādatis obediui, dabis mihi gaudiū & lētitia. Hoc est enim obediētiæ p̄mīū, vita s. æterna, in qua est plenū gaudiū, & perfecta lētitia. Nā iuueni querenti quid faceret, vt vitā merere habere æternam, respōdit Christus.

**Mat.16.** Itus. Si vis ad vitam ingredi, serua mādata. Da uid ergo mādata Dei seruauit, qui ait. Ad oīa Psal.118. mandata tua dirigebar. Et iterum. Viam mā. **.bidem.** datorum tuorum cūcūtri. Nec illa seruauit in uitus, sed spontē: quoniā mādata Dei (vt ait) dilexit. Et rursum. Meditabor in mādatis tuis quę dilexi. Quod si vnum aut alterum transgressus sum, vtriam interficiendo, & vxorem illius rapiendo: cūm tamē de hoc corruptus fui per os Nathan prophetæ, non con-

**Pro.27.** tradixi, non murmurauit: sciens quod melior est manifesta correctio, quam amor abscon-

**Eccl.19.** ditus. Et qui odit correctionem, minuetur vita. Non enim sum talis, vt peccatum meū defendam, & qui correctionem meam audire nolle. Non est enim infirmitas mea talis, vt se tangi nō permittat. Libenter permitto medicum mea vulnera contrectantem. Liberalissimè audio eum qui me corripit, sciens quod

q̄ meliora sunt vulnera diligentis, quām frau-  
dulenta oscula odientis. Cūm enim me Pro-  
pheta tuus de peccato commisso redargis- Pro. 27.  
set, non defēdis peccatum meum : imō potius  
agnoui. Cūm me dixit filium mortis, patien-  
ter tuli, libenter audiui, non minatus sum illi:  
prout faciūt multi alii, qui eo q̄ se iustos exi-  
stiment, ab omnibus probari & extolli appe-  
tunt, & ideo à nemine corripi sustinent. Et  
hinc euenit, vt si quis eos arguat in illum tan-  
quam hostem sequiant. Ego autē non sic, sed  
patiēter reprehēsionē audiui, ideo audire me  
rui, q̄ transtulisses peccatū meū. Spero etiam  
q̄ vnūsero ex illis qui te vocantē audient, at-  
que dicentē, Venite benedicti patris mei per- Mat. 25  
cipite regnū, quod vobis paratū est ab origine  
mundi. Tūc enim magnū erit gaudiū magna  
que lātitia. Gaudiū (inquam) plenū, quod ne-  
mo poterit auferre : quia delectationes quæ Psal. 15.  
sunt in dextera tua usq; finē. Iustū est enim,  
vt qui transferūt per ignē amoris, & aquam la-  
chrymarū, educantur postea in locū refrige-  
ri. Iustū est etiā, vt qui hic lugent, postea con-  
solentur. Et hæc consolatio, & hoc refrigeriū,  
est lātitia illa & gaudiū illud, quod tu dabis  
auditui meo. Ego enim plorauī, & fleui pecca-  
tū meū: audiui prophetam tuū exprobrātem  
mihi, nō contradixi, sed potius sustinui: audi-  
ui, co-

# HOMILIA

vis, cognoui peccatum meum, ideo dico, Auditui meo dabis gaudiū & lētitiā: & exultabunt ossa humiliata. Quibus verbis corporis & animae gloriam expressit: quoniam gaudiū, corpori conuenit lētitia verò anima. Vtrūq; autē iudicio peracto, homini dabitur: quāuis modo sola anima habeat gloriam suā. Præter qđ per Esaiā prophetā de omnibus beatis di-

Esa. 49. citur. In terra sua duplieia possidebūt. Duplieia em̄ possidebūt: quia gloriā anima & corporis suscipiet. Verū hæc in terra sua suscipient: nō in peregrinatione ista in qua exulat. Hæc

Pro. vi. sunt illa duplia vestimenta, de quibus dicit, quos domestici sapiet vestiti sunt duplicita.

Esa. 62. Vera dei domus cælū est: si eut ipse ait. Cælus in hi sedes est. Domestici sunt oīs homines beati, qui vestiūtur duplicitibus: gloria scilicet corporis & aīte. Quod sentiēs regius P̄falees alibi di-

Psal. 62. cebat: Sicut in te aīa mea, quā multipliciter tibi caro mea. Anima & caro deū sicut: quia vtrūq; quietē suā desiderat. Anima enim deū videre cupit: caro verò immortalitatis gloria vestiri cōcupiscit. Sed hæc non dabitur carni ante iudicium paclū: hoc enim tempore (vt dicitur

Apo. 6. in Apocalypsi) datur singula fratre: quia solis aliabus æternæ beatitudinis gloria cōfertur, & expectat donec cōpleteatur numerus fratrum, hoc est, donec cōpleteatur numerus electorū in  
æterna

æterna felicitate locadus: quo impleto, erit iudicium, & generalis resurrectio: & tunc dabuntur cuilibet binæ stolæ, hoc est, animæ & corporis gloria. Sic enim per Esaiam prophetam dicitur.

Gaudiū & lætitia erit in ea. Hac igitur dupli Esai. 17  
cēstolā Dauid speras, ait. Auditui meo dabis gaudium. Sed quod ait: & exultabūt ossa humiliata: de animæ virtutibus intelligendū est: quoniā virtutes sunt animæ robur: quæ admodum ossa, corporis. Hæc sunt ossa: de quibus idem Psaltes alibi ait. Omnia ossa mea dicet, ps. 137.  
quis similis tui domine? Hæc ossa humiliantur in peccato: humiliatur quidē, quia in certamine contra hostes succubuerunt, & ideo manent viribus suis destitutæ. Fides mortua est, spes diminuta, castitas perire, charitas erga proximū euanuit, Nonne perit castitas, cùm alienæ vxori adhæsi? Nonne friguit charitas, cùm virum innocentem occidere iussi? Nonne perire gratitudo, cùm Vriam seruum mihi fidelem, qui pro me in castris militabat, non solum non donavi præmio, sed morte affeci? Sed hæc virtutes, quæ in hac vita tam humiliatae sunt, ut vitijs aliquando succubuerint, in gloria tamen cœlesti, infrastant & in uitam suscipient de manu Domini fortitudinem: quoniam tunc nulla erit vitiorum pugnantium infestatio. Siquidem factus est in Psal. 75.

# HOMILIA

pace locus ille, in quo confracta est omnium  
vitiorum potentia: ut iam non sit illis arcus  
occultæ tētationis, vel gladius publicæ; qua  
duplici armatura aduersus nos pugnare con-  
sueuerant. Et quia in tanta pace virtus requie-  
scit, sine vlla belli futuri formidine, ideo mirū  
in modum exultant. Et hoc est quod ait. Et  
exultabunt ossa humiliata. Et quia hæc om-  
nia dantur (vt credit) in præmiū auditui, ideo  
dicit. Audituimeo dabis gaudium, &c. Audi-  
te ergo, & credite. Audite, hoc est, obedit  
præceptis domini. Audite quæ vobis Deus  
intus in corde loquitur: nec contradicatis in-  
spirationibus eius. Quòd si fortè propter præ-  
terita peccata vos propheta aliquis reprehen-  
derit, patienter sustinete: cognoscentes pecca-  
tum, libenter audite: & tunc trāsferet à vobis  
dominus peccatum vestrum, & posteà dabit  
vobis gaudium & lætitiam. Quam nobis præ-  
stare dignetur Iesus Christus: qui cum patre  
& spiritui sancto. &c.

## Homilia Quartadecima.

*Auerte faciem tuam à peccatis meis:  
et omnes iniquitates  
meas dele.*

Hoc

**H**OC petit Dauid sibi consulēs,  
 & Deum reueritus , quem quia  
 plurimum iam estimat , sum-  
 ma cum reuerentia illum tracta-  
 re cupit. Propter Deireuerentiā  
 petit ab eo, vt auertat ipse faciem à peccatis:  
 ne videlicet solo aspectu offendatur, rem tam  
 fœdissimam inspiciens. Sicut etiam Petrus cō-  
 sortium suum declinare petit, dicens. Discede **Luc. 5.**  
 à me, quia homo peccator ego sum. Qui enim  
 aliquem nimium delicate diligit, nollet illū  
 vel minima offensione lādere. Sic etiā Dauid  
 nunc mihi fecisse videtur: qui peccata sua fœ-  
 dissima & horroris plena esse cognoscens, ne  
 Deus illorum aspectu offenderetur, petit, vt  
 Deus faciem suam auertat à peccatis illius. Si  
 bi etiam ipsi consilens, hoc petit: ne videlicet  
 propter peccata sua, Dei consortio indignus  
 habeatur. Et meritò: quoniam nullus, in quo  
 fuerint peccata reperta, permittitur intrare ad  
 gaudium & lātitiam illius ciuitatis, in qua  
 nihil inquinatum intrabit. Quapropter Da-  
 uid, qui peccata sua agnoscebat, volebat ea sic  
 esse abscondita, vt nullatenus iuueniri possent  
 & videri: ne forte visa, gaudii & lātitiæ viam  
 præcludant. Ideo ait , Auerte faciem tuam à  
 peccatis meis. Ac si diceret. Noli peccata mea  
 aspicere: quoniam si ea aspicere vis, & me iux-  
 ta illa

# HOMILIA

ta illa iudicare contendis, sordidum & abominabilem me existimabis, quo fiet, vt tanquam leprosum à confortio cœlestium virtutum me separe, atque extra muros ciuitatis illius sanctæ, in qua tu cum sanctistuis in æternum habitas, me ejicias. Quare oro te, vt peccata mea nō respicias, sed proijicias ea post tergum tuum. Verum quid ait David? Quid petit? Nunquid ignorat, quod oculi domini contemplantur bonos & malos? nihilque esse tam abditum atque retrusum, quod in conspectu eius non sit? Quo pacto ergo petit ut auerterat faciem suam à peccatis eius? Petit inquam, ut peccatorum eius non recordetur. Nam in ea quæ bene & exactè cognoscere volumus, oculos intendimus, & faciem obijcimus: ea autem quæ à tergo tenemus, videre nō possumus. Et inde ortus est sermo, vt quorum bene recordamur, dicamus in facie semper & coram oculis habere. Quorum autem obliti sumus, ea post tergum projecta esse dicamus. Cum ergo ait. Auerte faciem tuam à peccatis meis, petit: vt peccatorum illius non recordetur. Et merito hoc petit: quoniam qui alium offendit, & se offendisse cognoscit, ac poenitet, vehementer optat, vt ab eo Iesus offendonis propriæ obliuiscatur: quoniam toutes credit renouari offensam, quoties illius recor-

recordatur effensus. David ergo, qui Deum  
 offendebat, & peccatum suum cognoscet, &  
 illud contra se statuebat, ut de illo poeniteret,  
 hoc unum optat, ut Deus, quem offendebat,  
 peccatorum eius obliuisceretur, ne videlicet,  
 aliquando in posterum peccata sua deus illi  
 expobret: nam & hoc nimis durum si con-  
 tingeret, existimaret. Sed licet forsitan ali-  
 quis, quo pacto fieri potest, ut deus obliuiscar-  
 tur, qui omnia cognoscit, cui nihil est praeteri-  
 tum, sed omnia presentia? cui nihil mor-  
 tuum sed omnia viuant? Non est enim deus ta-  
 lis, ut obliuisci possit sicut nos, quos paruo te-  
 poris curiculo interiecto, eorum, quae antea  
 probè cognoscemus, statim memoria sub-  
 terfugit. Verum nos non dicimus deum pec-  
 catorum oblinisci: quasi iam propter obliuio-  
 nem nesciat aliquem peccatorem hæc aut il-  
 la peccata commisisse, sed quia & si hoc sciat,  
 decreuit tamen nullam de illis vindictam su-  
 mere. Et hic loquendi tropus vñstatissimus  
 est, non solù in serinone latino, sed etiam lin-  
 gua vulgari, præsertim nostra, hoc est Hispania:  
 ut videlicet eum, qui paratus est iuriarum  
 vindicare, dicimus iuriæ memorē, & iniuri-  
 as obseruātē. Rursum eū, qui iniuriæ pareit,  
 dicim⁹ iniurię immemorē, & iniuriā inimicē  
 obseruantem, non quasi iam nesciat se ab illo  
 offen-

offensum: sed quia & si agnoscatur, non tamen  
huc cognitio illa tendit, ut cor ad vindictam  
solicitet. Deus ergo tunc peccatorum obliu-  
sci dicitur, cum illa iam non ad poenam ullam  
imputat. Cum ergo Dauid ait, Auerte fa-  
ciem tuam a peccatis meis: hoc petit, ut Deus  
iniquitatum eius non recordetur: hoc est, ut  
nolit ea morte punire. Propter quod alia  
translatione ait. Auerte faciem tuam a pec-  
catis meis. Vnde constat ibi faciem pro ira  
poni: nec imminet: cum ira hominis maxi-

**Eccles. 13.** me ex facie agnoscatur. Cor enim hominis  
mutat faciem eius. Et hinc oritur illa quere-  
la quam habebat Iacob aduersus Laban, di-

**Gen. 31.** cens. Non enim mere respicit sicut heri &  
nudiustertius. Putat quidem Iacob crimen quod  
corde Laban conceperat, in vultu manifesta-  
ri: quoniam toruum illum atque trucem aspe-  
ctum quandam irati animi imaginem esse ce-  
sebat. Quia ergo ira in facie exprimitur: ideo  
facies ponitur pro ira, quam ipsa facies ex-  
primit. Sic enim idem Psalmes alibi capit, di-

**Psal. 20.** cens. Pone eos ut elibanum ignis in tem-  
pore vultustui. Hoc est, in die iudicij &  
irae tuæ. Nam & hoc verba sequentia aperte  
ostendunt. Dominus (inquit) in ira sua contur-  
bavit eos, & deuorauit eos ignis. Hac faciem  
iræ, petit auerti a peccatis suis Dauid, dicens,  
Auerte

Auerte faciem tuā à peccatis meis. Quod idē  
 est , ac si diceret. Noli peccata mea respicere:  
 non sis memor eorum amplius. Non inten-  
 das in ea faciem iræ tuæ. Nam si iniuriantes Psa.127  
 obseruaueris domine , domine quis sustine-  
 bit? Si enim peccata semel cōmilla, quālibet  
 vera succedente poenitentia, tu ad punitionē  
 obseruare decernis , nullus est qui subsistat.  
 Nullus est qui de æternæ vite assecutione nō  
 desperet, si Deus peccatoribus veniam nega-  
 ret. Si solummodo ostenderet seueritatē, non  
 etiam adhiberet pietatem , nemo æternæ fe-  
 licitatis gloriam expectaret, nemo iusti exa-  
 minis poenā sustineret. Non est certè homo  
 qui non peccet : neq; infans , cuius est vnius  
 diei vita super terram. Si ergo semper obser-  
 uares iniuriantes ad poenitentiam, nullus esset ho-  
 mo qui non deiijceret animū suum: cūm nul-  
 lis sit qui nō peccet. Quiā tamē apud te pro-  
 pitiatio est , & propter legem tuam sustinui  
 te domine. Hæc est lex tua, quam delinquēti  
 bus in via dedisti: vt videlicet qui confessus  
 fuerit peccatas sua , misericordiā cōsequatur.  
 Propter hæc legē sustinuit te domine , & in te  
 vno cōfido, q̄ parces peccatis meis. Nisi enim  
 hæc tuæ misericordiæ legē agnouisse, iani  
 dolore animi defecissem. Ego autē confessus  
 sum peccatū meū: qua propter spero q̄ iuxta  
 legem;

legem, tuam misericordiam mihi præstabis.  
 Et in hac tua misericordia confidens: peto, ut  
 auertas faciem tuam à peccatis meis. David:  
 enim peccata sua semper corā oculis suis ha-  
 bebat: vt eorum & foeditatem, & turpitudi-  
 nem, horrorem & malitiā consideraret, & inde  
 doloris occasionē sumeret: ideo pteccatur, vt  
 Deus faciem suā ab illis auertat. Seit enim, q  
 si quis peccatorū suorū obliuiscitur, Deus pec-  
 catorū illius maximè recordatur. Et quanto  
 magis iniquitates suas peccator considerare  
 refugit, tanto magis eas cōspectui diuinæ ma-  
 iestatis opponit, vt eas videat, & puniat. Si  
 quis vero peccatum suum agnoscit & confitetur,  
 Deus illius obliuiscitur. Tūc enim nostrū pec-  
 catū D eo celamus, cū illud sacerdoti per con-  
 fessionem manifestamus. Sic enim Deus per  
 Ezechielem prophetā promisit dicens. Si im-  
 pius egerit poenitētiā ab omnibus peccatis  
 suis quæ operatus est, & custodierit omnia  
 præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vi-  
 taviuet, & nō morietur. Omnis iū ibi quitatū  
 eius non recordabor. Nō recordari se ait, pro-  
 eo quod est inolle morte eterna punire. Nam  
 hoc, verba quæ sequuntur apertissimè ostendūt,  
 quibus ait. Nunquid voluntatis meæ est  
 mors impij, & non magis vt cōuertatur & vbi  
 uat? Verū hoc admonitione dignum est, vt  
 quisq;

quisq; consideret, qua conditione, & quibus legibus Deus promittat se nō recordari rum peccatorum quæ impius operatus est. Si impius (inquit ille) egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta. In quibus verbis dō exigere videtur Deus. Primum, ut præteritorum poeniteat. Alterum, ut in posterum omnia Dei præcepta custodiat. Ex quo loco nō paruum argumentum sumere possumus contra Lutherum, qui ait, optimam, & exactam pœnitentiam esse nouam vitam. Si optima pœnitentia est (ut Luthero placet) noua vita, nullum erat opus post verbum de pœnitentia, addere custodiam præceptorum. Cū ergo nullum Dei superfluat verbum, oportebit fateri pœnitentiam referri ad præteritam custodiam præceptorum, ad futura. Ita, ut intelligamus, qd; duo hæc Deus exigat à peccatore, ut peccatorum eius non recordetur. Primum est, præteriorum pœnitentia. Alterum, custodia mandatorū Dei. Sed vera & exacta pœnitentia vtrumque amplectitur: præteritum & futurum. Vnde cōuincit, pœnitentiam esse peccatorū omniū raloriū, quo peccata delētur de memoria diuina. Huc pertinet videtur illud, qd; post victoriā, quam Iosue de Amalechitis habuit, dominus promisit

**Exo. 17** Iosue, dicens. Ego delebo memoriam Amalech de sub cœlo. Amalech interpretatur gēs bruta, & denotat peccatum: quia hoc , brutis nos similes efficit. Non enim ob aliam cau-

**Psa. 48.** fam homo comparatus est iumentis insipientibus , & similis factus est illis: nisi quia non intelligens Dei bonitatem & virtutem , illi præferre creaturā nō erubuit. Ideo propheta

**Psal. 31.** in alio Psalmo peccatores admonens, ait. No lite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Ille sub Amalech viuit , in cuius

**Rom. 6** mortali corpore (vt ait Paulus) regnat peccatum. Cūm Amalech pugnat , qui vitijs resistit. Vincit Amalech, qui malae vitæ præteritæ pœnitit, qui omnia peccata deflet , & illa coram sacerdote confitetur. Habita victoria, Deus promittit se deleturum memoriā Amalech: quia habita vera pœnitentia , omnium delictorum Deus non recordatur. Situ Amalech deuiceris, Deus continuò memoriā eius delebit. Pugna ergo tu aduersus Amalech, & pro victoria contendit. Sed quo milite , quo duce, quo ordine belli, hanc assequeris victoriam, audi. Huius pugnæ dux sit cōfessio, cui soli omnis victoriæ laus tribuetur : quoniam hæc est quæ hostes quosq; fortissimos trucidat s̄epe, & in fugā vertit sapissimè. Sub hoc duce, tres ordines in aciem cōstitue. In primo

# Q V A R T A D E C I M A .

101

loco cōstitues timorē pœnæ. In secūdo, amo-  
rem Dei. In tertio , dolorem culpæ. Verū ne  
his sic in acie dispositis fugere cōtingat , alios  
tres ordines à tergo collocabis, qui prioribus  
faueāt, illosq; ad bellum vrgeant. Spes veniæ  
à tergo fauet timori: quoniam facilè deiicie-  
tur timor, nisi illum subleuet spes. Amorem  
Dei fouet, cōsideratio bonitatis illius. Quem  
admodū enim timorem causat immeusa Dei  
potētia: sic amorem, illius pietas & misericor-  
dia. Deniq; dolorem culpæ iuuat consolatio-  
nis spes. Beati qui lugent (inquit veritas) quo Matt.5.  
niā ipsi consolabuntur. Si hunc belli ordi-  
nem seruare volueris , facilè peccata omnia  
vinces. Si ergo vis, vt Deus peccatorū tuorum  
non recordetur, tu illorū memineris. Si vis, vt  
Deus auertat faciem suam à peccatis tuis, sta-  
tue tu illa ante faciem tuā: & ad Dauidis exē-  
plum, pone illa contra te semper. Sed vt hæc  
plenè fiant, oportet, vt peccator omnium pec-  
catorum, quæ operatus est, pœnitentiat: quoniam  
si minimum eorum (modò illud lethale sit)  
placeat, vel etiam si displiceat, fuerit sacerdo-  
ti celatum , hoc solum efficiet , vt Deus om-  
nium aliorum recordetur, & in ea omnia fa-  
ciem iræ suæ intendat. Si impius (inquit ille) Eze.18.  
pœnitentiā egerit de omnibus peccatis suis,  
quæ operatus est. Ut ergo Deus omniū obli-

viscatur, oportet, ut tu de omnibus doleas, & omnia confitearis. Deus enim aut omnibus peccatis parcit, aut nulli. Nam de illo diuinus

**ps.103.** Psaltes in alio psalmo ait. Qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam. Cum Deus sanat, omne infirmitatem sa-

**Ioan.7.** nat, aut nullam, ipsomet testante, qui ait. Totum hominem sanum feci in sabbato. Propter quod beatus Augustinus impium esse censer (& non immittere) dimidiata a Deo sperare veniam. Et hoc sciens David, ait. Et omnes iniquitates meas dcle. Ut ergo omnes nostras infirmitates sanet, oportet illi per confessionem omnia peccatorum vulnera manifestare, &

**Exo.13.** de omnibus dolere. Nam cum Pharaoper Dei virtute periret in mare cuius exercitu suo, omnes suffocati sunt, ita ut unus ex eis non remanserit. Sic ex exercitu mystica Aegypto (hoc est) a peccato, faciendum est, ut in contritione, quae amara est velut mare, omnia peccata suffocentur. sic, ut unum ex illis non remaneat, de quo non vere doleant pec-

**Leui.13.** catores. Leprosus iuxta legem mundandus omnes teuebatur radere capillos. Sic qui a peccatis mundari optat, expedit illi, ut omnia peccata, immo & peccatorum cogitationes, quae verius per capillos designantur, de corde radat.

**i. Re.15.** Sauli aduersus Amalech pugnanti praecepit Deus,

Deus, ut demoliretur vniuersa eius, & nulli parceret: sed interficeret omnes, à viro usque ad mulierem. Et quia hoc non fecit Saul, sed potius seruauit Agag regē viuum, & greges, armenta, & vestes, ideo reprobatus est. Amalech esse peccati figurā, iam suprà docuimus. Peccatum autem omne, in triplici differētia consistit. Aut enim ab ignorantia procedit, aut ab infirmitate, aut à malitia. Ut ergo omne genus peccati, dolore & confessione interficiendum innueret, præcepit interfici totum Amalech, virum, & mulierem, & puerum latenter. Puer lactans Amalechita, peccatum ab ignorantia proueniē designat: quoniam puer lactans nōdum intelligit quae agit. Mulier autem Amalechitis, peccatum illud significare dignoscitur, quod ab infirmitate sumpsit originem. Nam infirmitas & fragilitas, huic sexui aptissimè congruit. Vir denique Amalechita, peccatum à malitia ortum significat. Omnia hæc delere oportet, quia omnia peccata sunt per contritionem & confessio- nem interficienda. Nec hoc satis, sed oportet etiā demoliri, & Amalech, & vniuersa illius: quia omnia peccata & eorum circumstantias à maximo usq; ad minimum oportet lachry- mis & confessione expugnare: ita ut neque vnu remaneat. Ille autem de Amalech seruat

viuum, qui peccatum tenet, de quo nō dolet,  
 aut si dolet, non confitetur. Is ergo ob hāc so-  
 lam causam à Deo reprehēbatur. Verūm hoc  
 non vacat mysterio, q̄ iolum regem seruau-  
 rit, reliquo populo interfec̄t o: quia & hoc so-  
 lenne est ijs, qui non plenē confitentur, ut mi-  
 nima quæq; peccata facile reuelent, magna  
 autem scelerasubticeant. Quia cūm reliqua  
 omnia peccata expugnauerint, cuipiā alteri  
 tāquā fortiori aut potentiori succūbunt. Pro-  
 pter quod nō victores, sed vieti cēsendi sunt,  
 & ideo indigni qui coronētur: quoniā nō co-  
 ronabitur, nisi qui legitimē certat, qui nulli  
 vitio cedit, qui nulli peccato parcit, qui quot  
 quot inuenit hostes, trucidat. Nō enim victor  
 dicēdus est, qui cūm multos occideret hostes,  
 ab uno tandem aut altero interficitur. Tu ergo  
 si victor euadere cupis, nulli peccato parces,  
 omniū pœnitēbis, omnia sacerdoti in aurē di-  
 ces. Ut autem hoc faciliū assequare, fortissi-  
 mos quosq; hostes priūs aggredere: quoniam  
 his superatis, paruo cum labore & reliquos de-  
 uinces. Maxima quæq; sclera, quorū maxi-  
 mē verecūdaris, ob oculos pone, aduersus hāc  
 acī totis viribus intēde, illa primūm confiteri  
 satage: quoniam his semel expugnat is, mini-  
 mū erit negociū reliqua debellare. Facile reli-  
 qua omnia confitendo superabis. Sed quia  
 non

nō in manu hominis est victoria belli, sed de cœlo fortitudo est: oportet precari deum, vt nos in hoc certamine iuuare dignetur: vt nobis memoriam foueat & augeat, quæ omniū malè actorum possit reminisci: vt nostrum intellectum illuminet, qui verè de suis operibus iudicare valeat, ne videlicet mala pro boni iudicet: vt inflammet affectum, qui mala, quæ fecit, hostiliter odiat, & nullo pacto illis faueat, vt labia nostra aperiat, & linguā moueat, qua peccata omnia sua sacerdoti in aurem dicat: vt vel sic omnia vitia nostra vincentamus, quibus deuictis, possimus peruenire ad coronam gloriæ cœlestis. Quā nobis præstare dignetur Iesus Christus filius Dei, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat, per infinita secula seculorum. Amen.

## Homilia quintadecima.

*Cormundum crea in me Deus.*



Vcusq; Dauid peccatum, qđ magnum, & multiplex, & tenaciter impressum esse cognoscebat, donari sibi postulavit: nunc vērō ultra progrediēs, eo, quod multum de Dei misericordia & liberalitate confidat, gratiam à

N 5 deo

deo postulare no dubitat. Et quia gratia ipsa triplex esse sanctorum testimonio comprobatur, ideo triplici illam petitione distinguit. Nam est gratia quedam præueniens: quedam subsequens, sive cooperans: quedam etiam perficiens, & consummationem præstas. De prima dicitur. Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meæ, & vocauit me per gratiam suam. Nisi enim ille vocaret, nos ad illum non possumus accedere. De secunda gratia, videlicet

**2. co. 15.** et subsequente & cooperante, dicitur. Plus omnibus laboravi: non aut ego, sed gratia dei me cum. Quapropter de iusto, qui deo fauente, in quo solototam suam spe collocauit, bona opera

**Hier. 17** dicitur per Hieremiam prophetam. Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum, quod transplatur super aquas: quod ad humorum mittit radices suas & non timebit, cum venerit aestus. Certe absq;

**Mar. 13.** humore aquæ desiccantur ligna. Nam & semem, quod supra petram iactum est, natum aruit: quia non habebat humorum. Sic nec poterit quisquam, aqua gratiae seclusa, boni operis fructum pro

**Phili. 2.** ducere. De tertia, videlicet consummationis, dicit: quia sicut Deus operatur in nobis velle, ita etiam perficere. Propter quod Hieremias de viro iusto loquens, postquam dixerat lignum ad

**Hier. 17** humorum aquatum mittere radices, ut uberiorum

rem aquarum virtutem exprimeret, addidit.  
 Et erit folium eius viride: & in tempore secu-  
 tatis non erit sollicitus: nec aliquando desinet  
 facere fructum. Prima gratia est, quae pecca-  
 ta consumit. Eadem est, quae iustificat: & ideo  
 ait Paulus. Iustificati gratis per gratiam Dei. Rom. 3.  
 Hanc gratiam petit nunc David, cum ait. Cor  
 mundum crea in me Deus. Optabat quippe  
 David, ut deus, qui illum creauerat, in corde  
 illius tanquam in quodam tabernaculo que-  
 scens, habitareret: & habitans, prout tunc visi-  
 bilis est, ab eo posset videri: sed quia cor im-  
 mundum ad hæc munia exequenda ineptum  
 esse censebat, ideo cor mundum optat, ut tan-  
 to hospiti digna sit cordis sui habitatio, & ta-  
 men hospitem videre & alloqui valeat. Nam  
 ut vtrumque horum exequi possit, summe ne-  
 cessaria est cordis munditia. Verum ( ut ait Pro. 20.  
 Salomon) quis potest dicere, mundum est cor  
 meum, purum sum à peccato? Agnoscebat si-  
 quidem David immunditiam, quam expec-  
 cato cor suum contraxerat: à qua mundari nō  
 poterat, nisi Deus, qui solus mundum ex im-  
 mundo facere potest, illum mundare digna  
 retur: ideo hanc ipsam munditiam à deo libi-  
 dati petit, dicens. Cor mundum creas in me  
 Deus. Crea inquit: quoniam in me nulla est  
 munditia, nulla puritas te ergo solū eā cōdere  
 oportet.

**oportet.** Nam hoc ipsum creare est, cùm vi-  
delicet ex nihilo aliquid sit. Creaueris igitur,  
si me mundum feceris: cùm nihil in me præ-  
cedat, nisi immunditia. Plus enim in me re-  
peries quod obstare, quām quod iuuare te  
possit, vt mundum me facias. Cùm enim e-

**ps.72.** ego peccavi, ad nihilū bonitatis redactus sum:  
**i.co.13.** rim mysteria omnia, & omnem scientiam: &  
si habuero omnem fidem, ita vt montes trās-  
feram, charitatem autem non habens, nihil  
sum. Ut ergo cor mundum facias, creare te il-  
lud oportet, totum ex novo fingere: quoniā  
si aliquid veteris cordis manserit, mundum  
non erit cor meum: quoniam omnia quae in  
illo sunt, immunda sunt. Crea ergo illud, vt  
tale sit per gratiam, quale esse nō potest per  
naturam. Cor mundum crea in me Deus: vt  
te in cordis mei tuguriolo recipere merear:  
& receptum videre valeam. Vtrumq; enim  
horum, exigit cordis mūditiam. Quod enim  
cordis munditia ad Deum videndum sit ne-  
cessaria, ipsa summa veritas Christus seruator  
noster testatur: qui solis illis, qui sunt mūdo

**Mat. 5.** corde, visionem promittit, dicens. Beati mun-  
do corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Bea-  
ti (inquam) non solum in cœlo, sed etiam in  
terra: non solum postea, sed etiam nunc in  
hoc val-

hac vallis miseria. Nam beati etiam sunt im- Psal. ii.  
 maculati in via, qui ambulant in lege domi-  
 ni. Omnes enim & hi & illi beati: quoniam  
 omnes tales Deum vident: quanvis multum  
 inter vnam & alteram visionem intersit. Est  
 enim quædam facialis visio, qua fruuntur so-  
 li beati in cœlo. Est altera obscura & specula-  
 tis, quæ habetur per fidem, quam soli fideles  
 tenent: quoniam alij cæci sunt. Vtranq;, vno  
 orationis cōtextu expressit Paulus, dicēs. Vi i.co.13.  
 demus nunc per speculum in enigmate: tūc  
 autem facie ad faciem. Impar certè est visio,  
 & impar beatitudo: quoniam dissimilis val-  
 de est vtrobiq; cordis mūditia. Nam pro qua-  
 litate mūditiae, est etiam visionis modus. Bea-  
 ti enim qui nullis peccatorum sordibus infe-  
 eti sunt, qui sunt iam plenè purgati: hi Deū  
 facialiter vident, quem nisi corde plenè mun-  
 dato, videre nullatenus possent. Quò fit, vt  
 hi, qui in carne adhuc vitam agunt, quamli-  
 bet sint iusti, deum videre nequeant: quia nō  
 dum oculi eorum sunt plenè mundati. Nām  
 ecclesia illa speciosa, quam Christus sibi ac-  
 quisivit (vt beatus Hieronymus super trice-  
 simum primum caput Hieremiæ sentit) nun-  
 quam in hac vita erit sine macula & sine ru-  
 ga, quo usq; ad aliā vitam trasferatur: in qua  
 erit plenè purgata. Et ne verbis meis quisquā  
 dero-

deroget fidei, verbâ eiusdē Hieronymi subiungam. Vide (inquit ille) quanta habeat loca ecclesia; & quomodo illud apostolicum, ut sit sine macula & ruga, in futuro & in cœlestibus seruetur. Audis angulos, audis scabiæ audis rugas & cineres, & regionem mortis & tenebrarum: & de tua virtute & impeccantia gloriaris. Hæc Hieronymus. Nullus ergo in hac vita absolute mundus est, ut deum videatur possit: quoniā & si peccatum per poenitentiā delictū sit, deleto tamē peccato, superfluit quædam reliquiae, quæ oculorū aciē minuunt. Sæpi sicut enim contingit, ut corporeus oculus, sublata iā vel exustata festuca, aliquādiu caligine videatur: & hoc in interiori mentis oculo evenit: ita, ut sublato peccato, in multis hallucinemur: ita, ut hæc ipsa hallucinatio, sit q̄sī quædam peccati præteriti reliquiae. Nemo ergo sentinam ejiciens, mundatum se se protinus arbitretur: quinimo non erit se multis purificationibus egere. Nec modò laudum aqua, sed etiam purgandum & examinandum igne,

Psa. 65. ut dicat, Transiimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Beati ergo mūdo corde, quoniā ipsi deū videbūt. Nunc qui dē in ænigmate: tunc facie ad faciem. Vt trobi q; siquidē mūdūtia cordis exigit: quoniā nec etiam bene per speculū in ænigmate deū videt,

det, qui cor suum habet immundū. Ut enim corporeus oculus puluere superfuso aut humore aliquo defluēte hebetatur, adeò, ut vix possit exactè rem aliquam inspicere: sic etiā spiritualis oculus, interdū carnis libidine, aliquid quando avaritia, səpissimè superbia turbat, ut verè deū agnoscere non valeat. Qui ergo bene de deo sentire cupit, & diuina penetrare vult, opus est, ut prius cor suum purget, & ab omni peccato mūderet. Corde autē plenē mun  
dato, continuò dabit illi Deus intelligētiam: quoniā nctio spiritus docet nos de omnibus.

Et Hieremias ait se eruditū, misso à deo igne Thr. 1. in ossibus eius. Hinc est, quod data legē filiis Israel, operatisq; miraculis, quæ illi cùm non inteligerent, dixit illis Moyses. Custodite ergo Deuteronomio verba pacti huius, & implete ea, ut intelligatis vniuersa quæ facitis. Quibus verbis satis apertē docuit Moyses transgressionem mandatorum Dei potissimum esse causam quod non inteligerent, nec viderent quanta fecissent illis Deus. Propterea Dauid, qui experientia docente hoc agnoverat, in alio psalmo dicebat. Declinate a me maligni, & scrutabor mar. data Dei mei. Per hoc apertē insinuans, quia mandata Dei scrutari non poterat, cùm malignorum spirituum insidias in mēte tolebat. Qđ etiam in Isaac opere sub Palestino Gen. 29

nū grauitate cognoscimus designari: qui pū  
teos, quos Isaac foderat, terræ congerie reple  
bant. Putei isti, sacræ scripturæ aut diuinorū  
mysteriorum profunda secreta denotat, dice

**Pro.18.** te Salomone. Aqua profunda, sapientia in  
corde viri. Puteos ergo fodere, est sacræ scri  
pturæ abditos sensus & Dei profunda myste  
ria penetrare. Sed hos puteos occultè replēt  
Palestini: quia nobis profunda mysteria scri  
tantibus, dæmones terrenas cogitationes in  
gerunt, & impediunt, ne diuinæ sapientiæ a  
quam inuenire possimus. Sed quia hos ho  
stes nemo sua virtute superare valet, opus est,  
vt à deo petat, quatenus dæmonum infesta  
tionem a nobis auferat, ne terrenas cogitatio  
nes nobis ingerat: & si quid terrenarum affe  
ctionum à dæmoni iactum nostro cordi insi  
det, à nobis amoueat: vt, corde nostro bene  
mūdato, deum hīc (vt decet) agnoscere, & ag  
nitum revereri valeamus. Et ob hāc causam  
Dauid orat dicens. Cor mundum crea in me  
Deus: quoniam nisi tu cor mundum dederis  
ego nunquam videre te potero. Quisquis er  
go ad studium & intelligentiam alicuius veri  
tatis accedit, vt illam plenè intelligat, prius  
Deum oret, & cum Dauide dicat, Cor mundum  
crea in me Deus. Et si hoc cuilibet discē  
ti, & veritatem scrutanti est necessarium, mul  
tò ma-

tō magis theologo: qui diuinā scrutatur pro-  
funda mysteria. Theologis enim congrē pō-  
test dici illud, Mūdāmī qui fertis vasa domi-  
ni. Vasa domini, sunt prophetæ & alij auto-  
res sanctorum scripturam. Nam de uno illo-  
rum dixit Deus. Vas electionis est mihi. Vas Act.9.  
fa domini deferunt theologi, qui in sacris au-  
toribus versantur. Et qui haec vasa deferunt,  
mundari eos oportet: ut illa, quæ intravasa  
continentur, percipere valeant. Est etiam alia  
huius petitionis ratio, qua petit cor mundum  
sibi dari: ut videlicet deum in corde suo reci-  
pere mereatur. Deus enim cūm sit mundissi-  
mus, ipse mundum requirit hospitium, mun-  
dum lectum, mundum vult habere locum  
omnem in quo habeat stationem suam quā  
libet paruam: quoniam nec ad horam, nec ad  
momentum tēporis in loco immundo que-  
scere valet. Nam in maliuolam animam non Sapi. 1.  
introibit sapientia. Qui enim vinum pretio-  
sum vult alicui vasi infundere, prius mundat  
exactè vas ipsum, ne immuditia vasis noceat  
vino. Quid putas illum facturum, si balsamū  
vellet infundere, aut alium quemvis pretio-  
siorem liquorem? Ego non dubito quemq;  
eo diligenter vas quodlibet mundaturum,  
quo pretiosiorem liquorem decernit illi vasi  
infundere. Deus autem pretiosus est sine pre-  
lio.

**Sapi. 7.** tio. Argentum siquidem in comparatione illius arena est exigua. Et omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. Diligentissimum ergo quisque mundare debet cor suum, si deum in corde suo recipere vult, alioqui iniuriam facit Deo, illum non (ut decet) astimans, si cor de suo non plenè mundato, deum in illo recipere presumit. Si ergo tu bene deo sentis, in bonitate & magnificentia, & munditia cor tuum cura mundare, ut dignum sit in quo Deus habitare velit. Siquis enim (ut

**2. Tim. 2.** ait Paulus) emundauerit se, erit vas in honorem sanctificatum & utile domino ad omnem opus bonum paratum. Quo pacto vero illud munus

**Thr. 2.** des, Hieremias te docet: sic inquietus. Effundes sicut aquam cor tuum ante conspectum domini. Sicut aquam, inquit, non sicut mel, aut sicut vinum, aut sicut lac, aut sicut aliud quem cuncti liquorem. Nam si aliud quemcunquam liquorem praeter aquam ex vase effuderis, manebit postmodum vas ipsum parte aliqua liquoris effusum superlinitum, ut contingit in melle & oleo: aut odorem effusum liquoris retinebit.

**Horati.** Nam (ut dixit ille) quo sensu est imbuta recessus seruabit odorem testa din. Aut si horum neutrum contingat, colore saltem pristini liquoris vas ipsum sic manebit infectum, ut censeas a liquore vas mutuasse colorem.

Nihil horū reperies in aqua. Hæc enim cùm effusa fuerit, nihil aut saporis, aut odoris, aut coloris post se relinquet in vase. Et ob hanc causam, sicut aquam effundere cor nostrum præcepit propheta. Sunt enim aliqui, qui se peccasse cùm dolent, quorundam peccatorū pœnitentes, alicui alteri blandiuntur, aut si forte omnium pœnitentia, aliquod eorum erubescientiae causa in confessione retinent. Isti quasi mel aut oleū cor suum effundunt: quia in corde suo quasdam peccati reliquias retinent. Sunt rursus alij, qui & si peccata sua omnia confiteantur, & ab eis opere abstinent, affectum tamen peccati retinent, & isti effundunt cor suum sicut vinum: quod postquam effusum est, odorem in vase relinquit. Alij deum sunt, qui & si omnia confiteantur, & effectum pariter atq; affectum deserant, peccati tamen vultum non deserunt: quoniam easdem peccati similitudines, quas priùs defuerunt, eadem sunt colloquia, ijdem gressus, & eadem conuersationes. Hi nempe effundunt cor suum sicut lac: quod in vase unde effusum est, suum relinquit colorem. Aqua autem nihil horum habet: quoniam cùm semel effusa fuerit, nullum saporem, aut odorē, aut colorem in vase relinquit. Sicut aquam ergo effunde cor tuū. Sic peccata tua omnia in au-

rem sacerdotis effundens, ut nullus eorum affectus, nulla illorum facies in te maneat. Sic igitur te oportet mundare cor tuum, ut dignum sit deo habitaculum: ita videlicet, quod nec affectus, nec effectus, nec color pristinæ immunditiae maneat. Alioqui si horum aliquid insit, cordis tui habitaculum propter illum immunditiam dedignabitur Deus. In cuius figura templum, quod a gentibus violatum

**I. ma. 3.** fuerat, Iudas Machabeus mundari præcipit, & altare nouum constituit, & vasa nova facit. Non ob aliā causam hęc facit Iudas, quam quod cognoscit mirabilem illam ac stupendam Dei munditiam non posse in loco immundo habitare. Ideo igitur templum, quod dominus Dei est, mundat: ut illud dignum deo habitaculum reddat. Quid autem sit verum Dei templū, Paulus in priore ad Corinthios

**Cor. 3.** epistola explicat, dicens. Nescitis quia templum Dei estis vos: & spiritus sanctus habitat in vobis? Hoc enim verum Dei templum est, hęc vera eius domus: in qua verius Deus habitat, quam in quo quis alio corporeo tem-

**Aet. 17. plo.** Deus enim (ut alibi Paulus disputas ait) qui fecit mundum, & omnia quae in mundo sunt, hic cœli & terræ cùm sit dominus, nō in manu factis tēplis habitat. Nam & hoc ipse met deus per Esaiā prophetā Iudæis peruersē

sentientibus ait. Cœlum sedes mea est : terra Esa. 66.  
 autem scabellū pedū meorū. Quæ est ista do-  
 mus quam ædificabitis mihi ? Et quis est ille  
 locus requietionis meæ? omnia hæc manus  
 mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit do-  
 minus. Ad quem respiciam nisi ad paupercu-  
 lum & contritum spiritu , & trementem ser-  
 mones meos? Hoc dicit, ut iudaicum conuin-  
 cat errorem: qui putant inuisibilem, incorpo-  
 reum, & incomprehensibilem deum, templo  
 Hierusalem posse concludi. Et hunc eudem  
 errorem ipse templi structor Salomon rejecit  
 dicens. Si enim cœlum & cœli coelorum te- 3. reg. 8.  
 capere non possunt, quātò magis dominus hæc  
 quam ædificaui? Conditor igitur cœli & ter-  
 ræ, qui in terris templum se habere denegat,  
 humilē, & quietum, & trementem sermones  
 suo hominē libenter assumit in tēplū dicens.  
 Adquē respiciā, nisi ad pauperculū, & contritū  
 spū, & tremente sermones meos? Quicūq; er-  
 go humili est, & quietus, & tremens sermo-  
 nes Dei, illū respicit dominus, & illū in habi-  
 taculū suū eligit: & talibus ait apostolus. Tē-  
 plum Dei estis vos, & spiritus sanctus habitat 1. Co. 3.  
 in vobis. Hoc tēplū dedicatur, & consecratur  
 Deo per baptismū: in quo baptizatus renun-  
 ciat diabolo , & omnibus operibus eius. Et hunc  
 tēplū Dei sanctū est. Quod autem semel Deo  
 nō possib

dedicatum est, iam ad alios v̄sus capi nō licet.  
 Nō est ergo æquum, vt homo baptizatus ter-  
 rena cogitet, terrena concupiscat, pro terrenis  
 suspirat. Vide ergo homo fidelis, qui per ba-  
 ptismum deo consecratus es, vide quid agas:  
 eaue ne aliquid in tēplo hoc facias, per quod  
 templi habitationem offendas, per quod tē-  
 plūm violes: quoniam (vt ait Paulus) si quis  
 violauerit templum hoc, disperdet illum do-  
 minus. Violat autem qui peccat, qui aliquid  
 seruo Dei indignum facit: & hunc tales ve-  
 lat templi violatorem disperdet dominus:  
 Et meritō. Nam si eligeres in ecclesia facere a-  
 dulteriū intra parietes istos, quid te esset sce-  
 leratus? Modo autem tu ipse es templū Dei,  
 & intra cordis tui latebras adulterium facis,  
 homicidium perpetras, & alia innumera flagi-  
 tia committis, & non veteris? Si locum reuere-  
 baris, templum videlicet corporeum: venera-  
 re cor tuum, quod multo dignius est templo  
 illo corporeo manu hominum factō. De tali  
 bus, qui hoc Dei templum per peccatum vio-

ps. 78. lant, ait propheta in alio quodā psalmo. De  
 venerunt gentes in hæreditatem tuā, pollue-  
 xūt templum sanctū tuū. Anima Christiana  
 sicut dei tēplum, ita & dei hæreditas dicitur.  
 Si hæc increfētibus vitiis succūbit, & dæmo-  
 ni subditur, tunc templum spiritui sancto de-  
 dicatū

dicatum gentium criminibus polluitur. Pol  
 luto templo & violato, tanquam à loco im-  
 mundo recedit Deus: & ob hanc causam nis-  
 hil ad Dei cultum pertinens in eo fieri licet.  
 Et corde nostro per peccatum polluto, nul-  
 lum meritum ad vitam deducens aeternam  
 operari possumus: quoniam iam Deus inde  
 tanquam ex loco immundo recessit. Quod  
 si deum ad nos remeare cupimus, sat agere o-  
 portet, ut prius cor nostrum mundemus &  
 purificemus. Verum quis ad hanc templi pu-  
 tificationem sufficiet? Quis erit tanto opere  
 dignus? Quis ad tam difficile opus idoneus in-  
 uenietur? Nullus, nisi Iudas, cui soli hoc mun-  
 nus seruatum est. Iudas siquidem interpreta-  
 tur confessio: & haec est, quæ ex immundo  
 facit mundum: haec est quasi quædam spiri-  
 tualis scopa, qua peccatorum omnium im-  
 munditiae perduntur. Hac scopa mundata **Luc. ii.**  
**erat domus illa, à qua deie<sup>c</sup>tus immundus spi-**  
**ritus, cùm ad eam redire tentasset, intrare nō**  
**potuit. Ideo David in alio quodā psalmo ait.**  
**Et meditatus sum nocte cum corde meo: ex-**  
**ercitabar, & scopebam spiritum meum. Hāc**  
**autē peccati confessionē, nisi deo motore face-**  
**re non possumus. Quoniam sicut (teste Pau-**  
**lo) non possumus facere nec cogitare aliquid** **2. Co.,**  
**ex nobis quasi ex nobis: ita nec etiam boni**  
**mobit.**

**I.cor.12.** aliquid eloqui. Quoniam (ut idem ait) nemo  
 potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu san-  
 eto. Ne mo ergo potens est plenè peccata sua  
 cōfiteri, nisi à Deo fuerit illi datum. Quapro-  
 pter peccatori ad confessionem parato sum-  
 mè necessarium est, ut deum & sanctos oret,  
 quatenus ab eis veram peccati confessionem  
 impetrare valeat. Quo fit, ut tota cordis mun-  
 ditia, quæ per confessionem habetur, in deū  
 tanquam in fonte & primum illius aucto-  
 ritei cienda sit; quoniam ille est, qui ad confes-  
 sionem urget, & cōfitementum iuuat; & confessio-  
 num mundat. Et ob hanc causam David nūc  
 deum pro cordis munditia orat, dicens. Cor  
 tu mundum crea in me deus. Te solū oro: quo-  
 niam tu solus mundus es. Tu solus potes facere  
 mundū de immūdo: tu solus agnus sine ma-  
 culā, qui solus tollis peccata mundi. Tu ergo  
 crea cor mundum in me, ut te ipsum in corde  
 meo recipere valeā. Nā ego polluitēplū tuū,  
 quod erat cor meū: pollui (in quā) adulterio,  
 violai effusione sanguinis. Vnde: tu ergo il-  
 lud purifica, crea illud mundum: fac illud ca-  
 castum, quoniam tu castus es: fac illud piū, quo-  
 niam tu pius es: fac illud mansuetum, quoniam  
 tu mansuetissimus es: vt te mundissimū ego  
 mundus recipere merear. Munda cor meum,  
 vt mundo corde te hic cognoscere valeā per  
 bimbia fidem

fide: & tādem aperte videre in gloria. Quām  
nobis p̄f̄stare digneris per mērita Iesu Chri-  
sti filij tui : qui tecum & cum spiritu sancto  
vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

## Homilia sextadecima.

*Et spiritum rectum innova in Vi-  
sceribus meis.*



Vī priūs cor mundum sibi dari po-  
stulauit vt Deum in se recipere &  
agnoscere m̄ceretur: nunc vt re-  
cte incedat, spiritum rectum petit.

Scit enim Dauid, quia non est hominis vīa Hie. 10.  
eius, nec vīa est vt ambulet & dirigat gressus  
suos: & ob hanc causā spiritum rectum pe-  
tit, qui illum per deūia quæq; vagantem ince-  
dere non sīiat, sed ad semitam rectam redu-  
cat. Cor hominis (vt ait Salomon) disponit Pro. 19.  
viam suā: sed dominus dirigere gressus eius.

Et iterū. A domino diriguntur gressus viri. Ibi. 20.  
Homo enim sibi relietus, vīa incedet, quæ si  
bi videbitur pulchra: sed nouissima eiās du-  
cent ad mortem: quapropter spiritu directo-  
re indiger, quo dirigatur. Propter quod Pau-  
lus non immēritō pro Thessalonicensibus o-  
rabat, dicens. Dominus autem dirigat cor  
da vestra in charitate Dei, & patientia Christi.

O 5 Hinc

**Ezec. i.** Hinc est q̄ Ezechiel propheta postquam de scrips̄erat illa sancta quatuor animalia pēnata, dixeratq; vnumquodq; illorum ante facie suam ambulare: statim subiūxit. Vbi eratim petus spiritus, illuc gradiebantur. Quatuor illa animalia sicut quatuor euangelistas: ita etiam iustos quosque designant. Omnis enim iustus, & in via Dei perfectus vir, aliquid de ratione cuiuslibet horum quatuor animaliū sibi vendicat: ita, vt iuxta vnam rationem sit homo, & iuxta aliam leo: & secundūm aliam considerationem dicatur vitulus, secundūm aliam denique aquila. Homo enim rationale animal est; qui ergo integra ratione pollet, homo dicitur: quoniam iij, qui paululum à ratione defecerunt, facti sunt sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Vitulus in sacrificio mactabatur: & iustus quisque semet ipsum ab huius mudi voluptate mortificat, & ideo vitulus dici potest. Nam propter hāc solam sacrificij rationem laus, quę Deo offeratur, vitulus etiam per prophetam Oseam vocatur. Reddeamus (inquit) vitulos labiorū nostrorum. Leo fortissimus bestiarū est, qui (ut Pro. 20. ait Solomon) ad nullius pauebit occursum. Iustus autē contra omnia aduersa infractum semper & inuictū opponit animū. Propter Pro. 28. quod Salomon iterum dicit. Iustus quasi leo confi-

**Psal. 31.** tione defecerunt, facti sunt sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Vitulus in sacrificio mactabatur: & iustus quisque semet ipsum ab huius mudi voluptate mortificat, & ideo vitulus dici potest. Nam propter hāc solam sacrificij rationem laus, quę Deo offeratur, vitulus etiam per prophetam Oseam vocatur. Reddeamus (inquit) vitulos labiorū nostrorum. Leo fortissimus bestiarū est, qui (ut Pro. 20. ait Solomon) ad nullius pauebit occursum.

**Ose. 14.** Iustus autē contra omnia aduersa infractum semper & inuictū opponit animū. Propter Pro. 28. quod Salomon iterum dicit. Iustus quasi leo confi-

cōfidens absq; terrore erit. Aquila in alta vo-  
lādo se subleuat: & (vt est apud Job) in arduis Job. 36:  
ponit nidum suum: & iustus quisq; ad cōle-  
stia contemplanda eleuatur: & in arduis cru-  
cis Christi sibi nidū facit: in quo tanquam in  
foraminibus petræ, aut cauetna maceriæ se-  
curus requiescit. Omnis ergo iustus propter  
prudentiam dicitur homo: propter tēperan-  
tiam vitulus, propter fortitudinem leo, pro-  
pter iustitiam meritò dicitur aquila. Hæc igi-  
tur sancta animalia ante faciē suam ambulat:  
quia semper cōlestia inquirunt: nūquād ad  
terrena, quæ semel reliquerunt, reuectuntur:  
scientes, q; nemo mittens manum ad aratū, Luce. 9.  
& aspiciens retro, aptus est regno Dei. Iusti er-  
go, ne velut in epi regnō Dei abiiciātur, sem-  
per ad anteriora se extendant. Vnde Paulus Phili. 3:  
Philippensisbus scribens ait. Quæ retro sunt  
obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora exten-  
dens meipsum, ad destinatum persequor ad  
brauium supernæ vocationis in Christō Ie-  
su. Temporalia obliuiscens Paulus, tanquam  
quæ à tergo reliquerat, ad spiritualia quæ cō-  
cupiscebant se extendebat. Potest etiam aliter  
hoc intelligi: ita, vt iustus quisq;, qui semper  
proficere optat, nullo honorū operū nume-  
ro sit cōtentus, sed semper ad vleriora opera  
exercēda procedere satagit. Et bona semper  
faciens,

faciens, semper meliora perquirat, ut per gēs de virtute in virtutem, videat Deum deorum in Sion. Sed cūm semper ante faciem suā gradiantur, non nisi spiritus sancto impellēte mouentur. Et ideo dicitur. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Varijs enim gressibus incedunt iusti, & varias vias capiunt, ad eandem tamen metā perueniūt omnes: quia spiritu sancto ductore mouentur. Sunt enim aliqui, qui casto coniugio sperant sevitā consecuturos aeternam. Sunt rursus alij, qui se propter regnum cœlorum castrant; hoc me-

**i. Co. 7.** lius esse cum Paulo existimātes. Sunt aliqui, qui Martham imitantes, proximorum solici tam curam gerunt: quatenus nihil illis de necessarijs ad vitam desit. Sunt iterum alij, qui Deo vacare, velut optimam partem ad Mariæ exemplum sibi eligunt. Sunt etiam multi, qui prædicatoris officium laudabiliter appetunt, auditorum magis profectum, quam doctoris honorem appetētes, qui cum Esaiā

**Ez. 6.** propheta dicit, Ecce ego domine, mitte me: Nec desunt etiam alij, qui ad illud magna cū laude coacti trahuntur: cūm videlicet non propter prædicationis laborem, sed quia tanto muneri se impares sentiunt, prædicatorem recusant, Hieremiam imitātes, qui cum à Deo fuisset sibi officium prædicationis in-

iun-

iunctum, humiliter tamen reluctabatur, dicens. A. a. a. domine Deus, ecce nescio loqui, Hier. 1.  
 quia puer ego sum. Ecce quā varijs atq; inui-  
 cem diuersis vijs hi omnes incedunt: omnes  
 tamen Spiritu sancto ductore mouentur. Si  
 quæras cur Esias non reluctatur, aut cur Hie-  
 remias non se offerat? cur etiam Martha ad  
 pedes Christi non quiescit, aut Maria nō est  
 sollicita? Certè respondere aliter non possu-  
 mus, quām q̄ sancta animalia cūm sint, vbi  
 est impetus spiritus, illuc gradiuntur: quoniā Hie. 10.  
 nō est viri, vt ambulet & dirigat gressus suos,  
 sed à domino diriguntur gressus viri. Ob hanc  
 causam Dauid, qui se velut ouem quæ perijt Pro. 20.  
 se errasse cognoscebat, cauens sibi in futu- ps. 118.  
 rum, & timens ne sibi relictus iterum errare  
 contingat, spiritum rectū petit, qui recta in-  
 cedere via doceat. Propter quod in alio quo-  
 dam Psalmo dicebat. Spiritus tuus bonus de- ps. 142.  
 ducet me in terram rectam. Hunc ergo spifi-  
 tum, qui in terram rectam deducat Dauid pe-  
 tit, cūm ait. Et spiritum rectum innova in  
 visceribus meis. Quod autem dixit, innoua,  
 simile est illi, quod in priore parte huius ver-  
 sus dixerat, crea: propter quod apud Ezechie-  
 lem, cor nouum promittit Deus baptizato,  
 sicut spiritum nouum, dicens. Dabo vobis Eze. 36.  
 cor nouum, & spiritum nouum poenā in me-  
 dio

dio vestri. Quod Ezechiel appellat cornosum, David cor mundum vocat. Cor ergo mundum petit creari, & spiritum rectum innouari: ut videlicet innueret, nullam esse munditiam in corde suo, nullam rectitudinem extare iam in spiritu suo. Proinde ergo necessarium esse autumat, ut Deus noua faciat omnia: & ideo ait. Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Si enim veterem quem habeo spiritum reliqueris, non rectus, sed prauus erit: non diriget gressus suos, sed ambulans vias difficiles errabit a via veritatis. Ideo spiritum rectum innoua in visceribus meis. Inueniatur autem spiritus in nobis per charitatem. Nam inter multas signis virtutes haec vna est & non parua, videlicet, innouare quae iam senio consumuntur: ut videre est in ferro, aut argento quod vsu veterascit, in igne autem proiectum innouatur. Sic etiam peccator in vetustate peccati existens, igne charitatis superueniente consumpta peccatorum rubigine per gratiam renouatur. Ideo in alio Psalmo David ait.  
ps.103. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrae. Verum quia prius vetera necesse est delere ut restituantur noua, prout in omnium rerum generatione experimur: ubi prius necesse est veterem a materia expellere formam,

formam, quam nouam inducere: ideo prius  
 quam petisset spiritum renouatorem, spiritū  
 veterem auferri postulat, dicens. Auferes spi-  
 ritum eorum, & deficent. Ad eundem etiam  
 modum nunc Dauid petitiones suas compo-  
 nit: quoniā vt spiritui rectum sibi innouari  
 peteret, prius omnes suas iniurias deleri  
 postulauit. Nisi enim ille prior spiritus male  
 sapient abijset, nouus spiritus dari nō poterat.  
 Deletis tamē iniurias, continuo nouus  
 spiritus datur. Innuato autē spiritu, mirum  
 quām noua sint omnia. Nouus oculus, noua  
 auris, noua lingua, noua manus, noui pedes.  
 Nouae inquam sunt cogitationes, nouae affe-  
 ciones, noua verba, noua opera. Nouae enim  
 sunt cogitationes eius, qui nouum spiritū re-  
 cepit: quoniā qui prius lētabatur cū malē fa-  
 ceret, & exultabat in rebus pessimis: nūc inci-  
 pit recogitare annos suos in amaritudine ani-  
 mæ suæ. Qui prius de augēdo patrimonio co-  
 gitabat, nūc de pauperibus, quibus illud diui-  
 dat, cogitat. Affectus etiā sunt oīo innouati:  
 ita, vt amara iam videantur, quæ malē dulcia  
 prius erāt. Et quę prius nolebat tāgere anima  
 illi, nūc iā dulcissimi cibi sunt illi. Qui prius  
 diuitias velut rē pretiosam pluris æstimabat,  
 nunc illas oēs tāquā stercora arbitratur. Qui  
 prius carnis illecebras dulces velut mel re-  
 puta-

putabat, nunc eas amaras velut fel draconum censet. Qui prius illas velut commodas perquirebat, inuenta sq; extensis (vt aiunt) vlnis amplexabatur, nunc ab illis tanquam à veneno præsentanco velocissimè fugit: quoniam venenum aspidum insanabile illas esse iudicat. Noua etiam est lingua: quoniam diuersa valde sunt verba, quæ recepto spiritu loquitur, ab ijs, quæ prius loqui consueuerat. Sic enim à Christo promissum esse audimus. Lin-

**Matth.** guis (inquit ille) loquentur nouis. Hoc etiā in  
**vltim.** apostolis facile experiri possumus, si consideramus, quæ, & qualia sint illa, quæ ante aduentū spiritus sancti loquebātur: longè quidē alia ab ijs, quæ hausto iam illo cœlesti spiritu, non uorū cordiū opifice locuti sunt. Si enim eos ante receptū spiritum audis, raro audies quicquā præter ambitionē, timorē, formidinem, vindictā, immodicā sui fiducia. Audies enim

**Mat. 20** quosdā petētes sedes duás: dextrā videlicet & sinistrā. Audies alios verba indignationis plena ob hāc causam proferētes. Audies eos om

**Luc. 9.** nesciētes contendētes quis eorū futurus esset prior in regno cœlorum. Audies etiam, si aures arri-

**Ioan. 11.** gis, illam vocem timore plenam, Nunc volebant te lapidare, & visiterum in Iudeam ire?

**Mat. 20** Audies filios illos tonitruī, Iacobum vide-  
licet & Joannem promittere calicem domini

scibibituros: & Petrum illum apostolorum  
 principem spondere animi sui constantiam  
 etiam usque ad mortem: indiscretè quidē & Ma. 24  
 arroganter: quippe qui nō dum vires suas ex-  
 perti fuissent, nec scirent quid absque Deo  
 possent. At postquam cælestem illam spiri-  
 tum hauserunt, continuò cœperunt loqui no-  
 uis linguis: quia verba non iam humana, qua-  
 dia prius, sed digna spiritu, quem hauserant, lo-  
 quuntur. Nam Petrus, qui prius ad muliercu-  
 læ vocem ter dominum & magistrum abne-  
 gauit: recepto spiritu, à principibus iussus ut  
 taceat, & Iesum non prædicet, magna cum au-  
 dacia respondet. Obedire oportet Deo inā- Act. 5.  
 gis quam hominib⁹. Vidistis nouas linguas:  
 videte etiam nouas aures. Nam sicut noua lo-  
 quitur, ita etiam noua audire satagit. Qui em̄  
 prius rumoribus delectabatur, qui à veritate  
 auditum auertebat, & ad fabulas conuerteba-  
 tur, nunc nihil dulcius aestimat, quam verbū  
 Dei. Sunt enim dulcia eloquia Dei super Psal. 118  
 mel faucibus illius, qui spiritum nouum acce-  
 pit. Nam qui ex Deo est, verba Dei audit. Ioan. 8.  
 Propter quod de illo, qui vitā in melius mu-  
 tauit, dicitur. Cūm exiret de terra Aegypti, Psal. 80  
 linguam quam non nouerat, audiebat. Si Ae-  
 gyptus tenebra dicitur, quis aliud de Aegypto  
 exire verius dicendus est, quam qui peccata,  
P quibus

quibus per ignorantia malè prius seruiebat,  
deserit? Sed hic linguam quam non nouerat,  
audit: quia verba dei, quæ prius nō nouerat,  
audire incipit. Ut autem nihil maneat, quod  
non sit innouatum, supereft, ut etiam noua  
opera ostēdamus. Nonne nouum est opus  
abstinentia, in eo, qui prius gulæ & ebrietati  
deseruiebat? An non est nouum opus, & ad-  
miratione dignum, ut propria iam distribuat,  
qui prius solebat rapere aliena? An non est  
nouum opus, ut is qui olim ambulabat in ma-  
gnis & in mirabilibus super se, altiora se  
quærens, nunc iam vsqueadèò se deiijciat,  
ut ad inferiora indignum se reputet: & qui  
olim in primo loco sedere cōtendebat, in no-  
uissimo loco nunc sedere satagit. Nouum cer-  
tè est & mirabile, ut à propria vxore absti-  
neat, qui ad alienas hinnire solebat. Noua  
sunt hæc omnia, à spiritu cælesti nostrorum  
cordium nouatore prouenientia. Sicut enim  
qui ad ignem acceſſerit algens, cū postea fue-  
rit caletactus, non dabitabit ab igne venisse  
calorem, quem anteā nō habebat: sic etiam,  
qui prius in iniuitate erat frigidus, si postea  
feruore quodā pœnitentię accendatur, alium  
sibi spiritū, videlicet diuinum, qui suum ar-  
guit, & dijudicat, nō dubitabit aduenisse. Pro  
pter quod Dauid in alio psalmo fructu no-  
ui

ut spiritus aduenientis explicans, dixit. Re-  
 nouabis faciem terræ. Noua enim videtur fa-  
 cies terreni cordis, cuius nouæ sunt cogitatio,  
 nes, noui affectus, noua verba, noua denique  
 sunt opera. Propter quod Paulus in posterio  
 ad Corinthios epistola, ait. Si qua ergo in 2. Co. 5.  
 Christo noua creatura est, vetera transierunt,  
 & ecce noua sunt omnia. Quibus verbis in-  
 suuit Paulus hoc esse symbolum perfectæ re-  
 nouationis in Christo, si videlicet prioribus  
 peccatis desertis, noua deinceps sint omnia,  
 noua cogitatio, nouus affectus, noua lingua,  
 noua opera. Et cū noua sint omnia, fieri necel-  
 se est, ut nouus etiam sit homo. Planè nouus,  
 qui nouū cor, & nouū spm habet. Propter qd 1. Re. 10.  
 de Saule dictū est. In siliet i te spūs dñi, & mu-  
 taberis in virū alterū. Mutatur nāq; in virū  
 alterū, qui nouū spm recipit: qm qui pecca-  
 tor antea erat, tunc fit iustus: qui prius obliga-  
 tus ad mortē, nūc iā deputatur ad vitā eternā:  
 qui antea dicebatur filius perditionis, nūc iā  
 filius regni est & dicit. Mutatus nāq; est in vi-  
 rū alterū Saulus, qui postea dicitur est Paul⁹.  
 Nā postquā illū circūfus sit lux de cælo, mu- Aet. 9.  
 tatus est ē ferociissimo in mansuetissimum, ē  
 leone in agnum, ē rebelle in obedientē, ē vase  
 abiectissimo, factus est vas electionis: à blas-  
 phemo deniq; translatus est in mirificū præ-

# HOMILIA

conem mirabiliū & magnaliū, q̄ fecit Christ⁹  
Iesus seruator noster. Nouū ergo hominē fa-  
cit ille spiritus cælestis. Propter quod, charita-  
tis præceptum dicitur nouum à deo saluatore

**Ioan.13.** nostro, qui apud Ioannē ait. Mandatū nouū  
do vobis, vt diligatis inuicē sicut dilexi vos.  
Nouum inquā est præceptum charitatis: qm̄  
charitas ipsa nouos nos homines efficit: vete-  
ra ad instar ignis consumens, & ad nouam &  
meliorē vitā nos transferens. Nam alioqui,  
quomodo nouū dicendū erit mandatū, quod  
in lege veteri constat esse datum. Imò quod  
ipsa etiā lege vetere multō vetustius est, si-  
mul cū ipsa incipiens natura: quoniā omni-  
bus a natura insitū est, vt deū & te inuicē dili-

**Eccle.13** gant. Omne enim animal (vt ait sapiēs) diligit  
sibi simile. Si ergo præceptū de dilectione tā  
vetustū est, vt ante ipsam legē veterem ortum  
fuerit, ideo dicendū erit nouū, quia nouos ho-  
mines facit; ita, vt qui charitate imbuti sunt,  
noui homines facti sint. Hec hominis innova-  
tio cuilibet est necessaria, si in illam sanctam  
ciuitatem Hierusalem cupit intrare. Nā cūm

**Apo.21**, in illa (vt testatur beatus Ioannes in Apoca-  
lypsi) nova sunt omnia, consequens est, vt nul-  
la in illam vetustas possit intrare. Et ob hanc  
causam Dauid renouari petit, dicens. Et spiri-  
tum rectū innoua in yiscribus meis. Ob hāc  
etiam

etiā causā (vt æstimo) Paul. nos ad hanc reno-  
 uationē hortat, dicēs. Renouamini spū sensus Ephe. 4  
 vestri, & induite nouū hominē, qui scdm deū  
 creat⁹ est iniustitia & sanctitate veritatis. Ad  
 spūs renouationē hortatur, non etiā adreno-  
 uationē corū, q̄ à spiritu sunt aliena: vt sunt il-  
 la, q̄ in solis exteriorib⁹ ceremonijs sita sunt.  
 Nouus enim habitus, noua tōlura, nouū cinc-  
 gulū, noua calceamēta, patū ad pietatē faciūt,  
 nisi his etiā nouitas spiritus addat. Hæc enim  
 omnia vt nō aspernanda sunt, ita etiā nō vñqz  
 adeò amāda, vt in his totā nostrā spēm collo-  
 cemus. Pater enim coelestis eos solos diligit, Ioani. 42  
 qui in spiritu & veritate eū adorat: quoniam  
 hæc talis adoratio in spiritu, est quę hominē  
 veterem deponens, nouū hominem induere  
 facit. Ideo ad solā spiritus renouationē horta-  
 tur Paulus, dicēs. Renouamini spiritu sensus  
 vestri. Quo autē pacto hæc renouatio facien-  
 da sit. Paulus apertè docuit, subiūgens. Indui Ephe. 4  
 te nouū hominem, qui secundūm deūm crea-  
 tus est in iustitia & sanctitate. Ille enim verē  
 nouum hominem induit, qui Christū imita-  
 tur, qui sic nouus est homo, vt nihil sit in eo  
 nō nouum. Cōceptus nouus, nativitas noua,  
 infantia noua, doctrina noua, vita noua,  
 mors noua, per quam spoliati sunt principa-  
 tus, & deiecte cōtrarie fortitudines. Noua de-  
 sagib

# HOMILIA

nique in Christo sunt omnia: ita ut propter  
hoc ipsum, non immoritò dictū sit de Chri-  
sto apud Hieremiā. Nouum faciet dominus.

**Hier. 31** super terrā. Qui hunc nouū hominē imita-  
tur, & vniuersas illius, quātum potest, in se ex-  
primit virutes: ut videlicet sit pious & miseri-  
cors ut ille fuit: sit amicus fidelis pro amicis  
suis animam suam ponēs, ut Christus pro no-  
bis inimicis suam posuit: sit māsuetus, qui in-  
iurias retaliare negligat, prout ille fecit: qui  
cū malediceretur, non maledicebat, cū pate-  
retur, non cōminabatur, hic talis verē indutus

**i. Pet. 2.** est nouum hominem, videlicet Christū, qui  
secundūm deū creatus est. Qui enim vestem  
aliquam induit, non corporis sui membra, sed  
vestē, qua membra teguntur, ostendit: sic qui  
Christū in vita imitatur, non suam, sed Chri-  
sti vitam gerit, & ostēdit: ut cum Paulo dice-

**Gal. 2.** re possit. Vnuo autem iam nō ego: viuit verō  
in me Christus. Hic ergo, qui Christum imi-  
tatus, nouum hominē Christum induit, hic  
est qui verē est spiritu renouatus. Renouami-  
ni ergo spiritu. ut noua sitis creatura: ut digni-  
sitatis, qui in illā sanctā ciuitatē supernā, videli-  
cet Hierusalē, in qua noua sunt omnia, reci-

**Eph. 4.** piamenti. Qui furabatur, iam nō suretur: ma-  
gis autē laboret operādo manibus suis quod  
bonum est: ut habeat communicare ei qui in-  
diget

diget. Qui fornicabatur, iam non fornicetur.  
 Qui primas cathedras prius amabat, nūc iam  
 in nouissimo loco sedere cōtēdat. Qui deum  
 blasphemare solebat, deinceps deum laudare  
 incipiat. Sed quia hæc omnia p̄f̄stare ex nobis  
 ipsi sū sufficiimus, nisi à deo adiuuemur: ideo  
 opus est ut deū oremus, & cū p̄pheta Dauid  
 dicamus. Spiritū rectū innoua in visceribus  
 meis. Da mihi spiritū rectū: nō quē huius mū  
 di sunt, sed te solū amantē. Da spiritū rectū,  
 qui recta via incedere doceat. Priorem spiri-  
 tum, quem mihi dederas, peccata mea extin-  
 xerant. Illum ergo spiritū renoua, qui me ca-  
 sitatem, humilitatē, mansuetudinē, pietatē,  
 doceat: ut per has virtutes tanquam per viam  
 rectam valeam ad te peruenire. Qui cum pa-  
 tre & spiritu sancto viuis & regnas in secula  
 seculorum. Amen.

## Homilia Decimaseptima.

*Ne proijcas me à facie tua: & spiritum  
 sanctum tuum ne auferas à me.*



Antus est thesaurus mysteriorum  
 quæ in sacra scriptura recondita  
 sunt, ut s̄p̄e sub uno code inque li-  
 teræ cortice, propter varias rerum

proprietates, lateant nō solum variæ, sed etiā  
cōtrariæ diuersorum mysteriorū significatio-  
nes. Quo sit, vt facræ scripturæ, quæ omnes  
vno animo, vnoque spiritu, eoque sancto cō-  
ditæ sunt, parum intelligentibus sibi inuicem  
contrariae, & tanquam ex diametro pugnan-  
tes videantur: eo quod iuxta vnam, quam no-  
runt alicuius certæ rei proprietatem, omnia  
que per illam vocem talis rei significatiuam  
enunciantur, intelligi volunt. Non enim at-  
tendunt, quod sicut eadem res varias diuer-  
fasq; cōtinet proprietates: ita etiā varia diuer-  
saque significare potest. Leo enim propter  
voracitatem & crudelitatem, dæmonem si-

**1. Pet. 5.** gnificat: qui (vt beatus Petrus ait) rugiens  
circuit quærens quem deuoret. Sed præter  
hanc crudelitatem, habet etiam leo fortitū

**Pro. 30.** dinem talem, vt (iuxta Salomonis senten-  
tiā) ad nullius paueat occursum: & pro-  
pter hanc fortitudinem, Christus redemptor  
noster dicitur Leo: quoniam dæmonem for-  
tissimum, beneque armis munitū sua mor-  
te deuicit. Et propter eandem causam iustus,  
qui in domino confidens absque ullo terrore

**Pro. 28.** est, etiā dicit Leo. Cetera de genere hoc adeo  
sunt multa in sacris literis, vt loquacissimum  
quemq; delasse valeant. Extat enim de hac  
re ingētia volumina à varijs scriptorib<sup>z</sup> edita-

Quæ omnia ideo prætermisimus, quia timemus, nè fortè aliquis miretur, & dicat, Quo pacto Dauid, qui superius petiuit à deo, ut auerteret faciem à peccatis suis, modò etiam petit, vt non etiam faciem ab ipso auertatur? Fieri enim non potest, vt in ipsum Dauid faciem & oculos Deus intendat, quin peccata, quæ in ipso Dauid sunt, ob oculos Dei etiā obuer-sentur. Estò etiam id fieri possit, si facies pro vindicta (vt supra iam docuimus) & ita sumi-tur: cur timet faciem Dei super peccata sua, & non timet, immo optat & petit faciem Dei su-per se ipsum? Præsertim cùm ipse alibi dixe-rit, Vultus autem dominis super facientes ma-Psal. 32.  
la, vt perdat de terra memoriam eorum? Si re-spectus diuinæ faciei super facientes mala huc tēdit, vt eos perdat, quomodo Dauid, qui se ma-le egisse agnoscit, faciē Dei nō reformidat, sed magis ne ab illa proiiciatur orat, optans sem-per ante conspectum Dei stare? Sed nos hæc, quæ quodammodo in speciem pugnare vi-dentur, facile conciliamus, si adueitimus, q[uod] variæ sunt Dei facies, quas nobis sacra ostendit scriptura. Est enim facies iustitiae in Deo, est & facies misericordiae. Quia enim per faciē melius quisque cognoscitur, hinc est, vt illud mysticè in factis literis facies cuiusque dicatur, per quod melius in notitiam illus perue-

# HOMILIA

nitur. Hinc conscientia cuiusque facies dicitur: quia per illam ab omnipotente Deo cognoscimur, & iudicamur. Et hec est facies illa, quae in ieiunio nostro lauari à Deo præcipitur. Deus autem & cognoscitur per iustitiam, & per misericordiam. Non enim minus manifestat nobis Deum, & bonitatē eius rectissima & districtissima illius iustitia, quam benignissima eius misericordia: quoniam nō minus bonus est Deus cū punit, quam cū miseretur. Quo sit, ut iustitia Dei, facies Dei dicatur: & misericordia eius eodem nomine appelletur: quoniam per utramque (ut diximus) Deus agnoscipotest. Defacie iustitiae dicit Job. A facie ipsius turbatus sum: & considerans cum timore solicitor. A facie domini turbatur, qui bene cognoscit quanto rigore iudicij peccatores quosque dominus in iudicio puniet. Qui coram oculis suis terrorem diuinæ Maiestatis proponit, ut rectitudinem iudicij illius cognoscat: & scit iudicem esse tam sapientem, ut eum nullatenet: tam potentem, ut nullus suæ possit resistere voluntati: tam rectum, ut nec precibus flecti possit, nec muneribus placari: qui hæc omnia cōspicit in deo, & se ad reddendam rationem non sentit idoneum, meritò à facie ipsius turbatur. Propter quod fabdit. Et cōsiderans, timore solicitor.

Timo-

Timore enim concutitur, qui recte supremi  
 iudicis rigorem considerat. Qui vero longe  
 ab hac consideratione abest, securam vitam  
 dicit: eo quod venturum iudicem minime  
 reformidat: & inde euenit, ut in alia vita  
 eodem districtius iudicetur, quo magis hic secu-  
 rus viuit. Iusti autem, ut aliquando postea ple-  
 nè securi esse possint, in hac vita perpetua cu-  
 ra & timore horribili incessanter solicitantur.  
 Ut autem hoc melius faciat, semper facie  
 Dei iudicatis, & tremendum illius maiestatem  
 ob oculos suos ponunt. Merito quidem à facie  
 Dei iudicantis turbantur: quia (ut est apud  
 Danielem) de facie Dei fluuius ignis rapi- Dan. 7.  
 dusque egreditur. Nam post descriptionem  
 illarum quatuor bestiarum, quae quatuor re-  
 gna designant, subiungit. Aspiciebam donec  
 throni positi sunt, & antiquus dierum sedet:  
 Vestimentum eius candidum quasi nix, capil-  
 li capitis eius quasi lana munda, thronus eius  
 flammæ ignis. Rotæ eius ignis accensus, flu-  
 uius igneus rapidusque egrediebatur à facie  
 eius. Fluuius, dicitur eius districta iustitia: quia  
 nunquam ille iustitiam facere desinit, sed ad  
 modum fluuij semper fluit. Rapidus dicitur,  
 propter celerrimam suæ sententiæ executionem:  
 quoniā simul ut ipse dixerit, facta erunt omnia  
 Hac faciem timebat, & ideo locū ubi ab illa se  
abscon

# HOMILIA

**Job. 13.** abscondi posset, quærebat Job, dices. Vbi me abscondā à vultu iræ tuæ. Abscondi à facie dei nunc quærerit, qui alias queritur, cur Deus faciem suam illi quasi inimico abscondederet. Hæc iniustitiae faciem timebat Dauid, cum dicebat: Auerte faciem tuam à peccatis meis. Nolebat siquidem in furore argui, nec in ira à Deo cor ripi. Alia est dei facies, videlicet misericordia.

**Hest. 15** Hæc est illa Assueri facies, de qua dicit Hester regina. Valde em̄ mirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarum. Plena siquidē gratiarū est diuina misericordia, de cuius plenitudine nos omnes recipimus gratiam. Et propter hanc causam, facies illius in Apocalyp-

**Apo. 1.** psū dicitur esse sicut sol. Sol enim omnibus luceat, & super omnem hunc visibilem mundū expandit radios suos. Deus etiam omniū miseretur, & super bonos & malos effundit misericordiam. Eisdem radijs sol emollit ceram, & indurat lutum: sic Deus eisdē beneficijs querundam corda emollit, & multorum corda indurat. Nam aliqui sunt, qui Dei benignitate & misericordia agnita, ad illius amorem alliciuntur. Alij verò contrà, ex ipsa Dei pietate efficiuntur deteriores: quoniam de diuina misericordia plus iusto confidentes, emendationem suæ vitæ contemnunt: & trahunt iniquitatē suā in funiculis vanitatis, & (vt Esaias ait)

ait) quasi vinculum plaustrī peccatum. Hos  
enīm (vt in alio sermone suprà iam me decla-  
rasse memini) diuina misericordia per occa-  
sionem, quanuis non oblatam, indurare dici-  
tur. Hæc est illa facies Salomonis: quam om-  
nis populus videre desiderat: quoniam nemo  
est qui non diuinam imploret misericordiā.  
Nam (vt in alio quodam Psalmo David ait)  
Auertente Deo faciem suam, omnia turbabū Psal. 103  
tur. Si enim Deus ab operibus suis misericor-  
diā quam super omnia illa effudit condens  
illa, subtrahere voluerit, omnia turbabuntur:  
quia in nihilum redigentur. Et hoc David tā  
quam expertus loquitur, qui in alio psalmo  
ita inquit, Auertisti faciem tuam à me, & fa-  
ctus sum conturbatus. Ab hac facie ejici ti-  
met David, ideo orat. Ne proiicias me à facie  
tua. Ecce qui nunc timet à facie Dei proiici,  
ipse met alias nimium anxius, querit locum,  
quo à facie Dei fugiat, dicens, Quo ibo à spiri ps. 138.  
tu tuo, & quo à facie tua fugiam? Ex quorum  
duorum locorum collatione apertissimè col-  
ligimus, duas esse Dei facies: vnam, quam Da-  
vid videre optat & in illius conspectu sem-  
per stare: & est misericordia. Alteram, cuius  
conspectum refugit, & ab easce abscondi fata-  
git: & hæc est illius distracta iustitia. Nec mira-  
ri quisquam debet aut vitium putare, quòd  
Deus

# H O M I L I A

Deus facies diuersas habeat: quia de singulo quoque sanctorum quatuor animalium penetratorum, quæ propheta Ezechiel describit, dicitur, quod quatuor facies habeat, quas nos proximo superiori sermone exposuimus. Et de duobus cherubim, quæ erant

**Eze. 41** in domo Dei, idem propheta testatur, eorum quodlibet duas facies habere: hominis videlicet & leonis. Non quod sint animo duplices, sed quia variae eorum quodlibet habet virtutes. Ad hunc modum Deus duas habere facies dicitur: quia duabus est insignitus virtutibus, per quas cognosci ab omnibus possit: iustitia videlicet, & misericordia. Nec ambas simul eidem ostendit: quoniam alternis cas manifestat, & abscondit: & hoc pro varieta te cuiusque hominis vitae. Si vnam ostendit, aliam substrahit. Ostendit autem hanc aut illam, iuxta uniuscuiusque meritum. Non enim semper eundem omnibus ostendit vultum. Nam malis te ostendit iratum: iustis autem benignum & mansuetum. Peccatoribus se ostendit ferocem ut leonem: iustis mitem ut agnum. Variatur vultus illius (si variatio aut mutatione dicenda est) ad variationem meritorum nostrorum. Quemadmodum enim speculum sine sui variatione talem reddit faciem, qualis est ea, quæ sibi obijcitur: si tristis obij citur

citur facies, tristem etiam ostendit, si hilaris,  
 hilarem. Sic Deus, qui (iuxtra sapientem) can Sapi. 7.  
 dor est lucis æternæ, & speculum sine macu-  
 la, talem se nobis ostendit, quales nos illi præ-  
 sentamur. Si degeneres sumus, non vultum  
 patris, sed iudicis ostendit. Si verò filij no-  
 minamur, & sumus: vultum iudicis auertit,  
 & pientissimi patris vultum nobis offert. In  
 cuius figura legimus in Ezechiele Prophe- Ezec. 1.  
 ta, quod super capita sanctorum quatuor  
 animalium pennatorum erat aspectus cry-  
 stalli horribilis. Per illa sancta quatuor ani-  
 malia designari quatuor euangelistas, aut iu-  
 stos quosque, iam superius docuimus. Cry-  
 stallus autem nostri Redemptoris est figu-  
 ra: quoniam crystallus (ut ait Sapiens) ex  
 aqua congelata fit. Cùm enim aqua mollis &  
 fluxa sit, congelata solidatur, & crystallus  
 fit. Christus Redemptor noster ante mortem  
 suam corpus habet mortale & passibile, qua-  
 si quædam aqua fuit: quæ per multas tribula-  
 tiones & corporis erumnas defluens, ad mare  
 amarissimum, mortem videlicet suam perue-  
 nit. Sed tamen resurgens à mortuis: quoniam  
 iam non moritur, nec morsilli ultra domina-  
 bitur, virtute resurrectiois induxit, & factus  
 est crystallus, quando corruptio eius est in in-  
 corruptionem commutata. Hic crystallus su  
 per

per capita animalium residet: quia Christus  
virtute meritorum, & gratiæ sanctificatione  
iustissimos quosq; homines superat. Sed cry-  
stallus iste horribilis dicitur: quod quidē iux-  
ta naturam vix fieri est possibile, imò nec in-  
telligibile. Nam cùm crystallus sit pulcherri-  
mus, fieri nequit, vt sit etiam horribilis: quo-  
niā non benè conueniunt, neque in vna se  
de morantur pulchritudo & horror. Pulchri-  
tudo, omnium oculos ad se conuertit: horror  
autem, intueniū oculos auertit. Qui fit er-  
go, vt quicquam sit pulchrum simul & horri-  
bile? Sed si hæc, quæ nunc proximè diximus,  
ad memoriam reuocamus, facile crystallum  
inuenimus, qui simul & pulchritudinem &  
horrorem habeat. Nam Christus seruator no-  
ster cùm iudex in fine seculi venerit, aliū in  
aliis ostēdet vultum: iustis quidem benignū,  
peccatoribus iratum. Iustis erit vt agnus: pec-  
catoribus autem vt leo. Iustis apparebit pul-  
cher: peccatoribus autem horribilis. Idē qui  
crystallus speciosus vi debitur iustis, idem ter-  
ribilis ostēdetur peccatoribus. Ecce ergo. Dei  
facies duas: misericordiā videlicet & iustitiā.  
Ab vna fugit: alteram quærit. Ad vnam veni-  
retimet: ab altera ejici formidat. Ad rigorem  
iustitiæ accedere nollet: ideo petit. Auerte fa-  
ciem tuam à peccatis meis. Misericordiam si-  
bi dene

Si denegari timet, ideo orat, Ne proijicias me  
 à facie tua. A facie sua Deus illum projevit: cū  
 misericordiā suam denegat. Dñi enim seruos,  
 à quibus offensi sunt, solent à suo conspectu  
 abiucere, nec permittunt ante oculos suos ap-  
 parere. Quòd si fortè ante illos insperatò trā-  
 fire cōtingat, auertere oculos solent: vt iram,  
 quā aduersus illos cōceperunt, ostendant. Et  
 si quādo illi pro gratia aliqua impetranda fle-  
 xis genibus supplicauerint, in diuersam partē  
 faciem suam flectunt, vt hoc signo innuant se  
 postulatis minimè acquiescere: quoniam ani-  
 morum suorum motus, in ipso corpori habi-  
 tu ostendunt. Ad hunc etiam modum Deus  
 peccatoribus, quibus irascitur, faciem suam  
 auertit: cū illis gratiam aliquam quā postu-  
 lant, cōcederet renuit. Hinc est, q̄ muneribus  
 Abel placatur Deus, nō autem Cain: quia cū  
 hic peccator maleq; offerens fuerit, ille verō  
 iustus, qui ex melioribus frugibus & optimo  
 corde offerebat, hunc & munera eius respice-  
 re dignatus est deus. In illum autem & mu-  
 nera eius, faciem & oculos injecit. Ipso ergo  
 solo vultu alterum innuit esse peccatorem:  
 alterum innocentem. Cūm ergo David ait,  
 Ne proijicias me à facie tua, idein est ac si dice-  
 ret. Non te mihi iratum ostendas, ne dene-  
 ges mihi quod postulo. Non auertas faciem  
 tuam

tuam à me: quoniam si eam auerteris, simili-  
 lis ero descendantibus in lacum. Nisi enim  
 tu misericorditer respexeris, in desperatio-  
 nis foueam subitò cadam. Si tu faciem tuā  
 auertis à me, necesse mibi erit in tenebris  
 manere: quoniam à facie tua tanquam à ve-  
 ro sole totum animæ meæ lumen oritur. No-  
 si ergo faciem tuam à me auertere, sed potius  
 illumina faciem tuam super seruum tuum:  
 quoniam sicut qui à te despectus fuerit, ne-  
 cessariò peribit: ita & in quem aspiceris, pe-  
 riire non potest. Ne ergo peream, noli me à  
 facie tua projcere. Projicit illum deus, cui  
 portas misericordiæ sic claudit, ut nunquam  
 vltra aperienda sint: à quo peccante, spes ve-  
 nit subtrahitur. Nulli autem spem venie-  
 denegat nisi obstinato, & sic in peccatis in-  
 durato, ut emendari contemnat: aut illi, qui  
 de misericordia & bonitate Dei disfudit. Qui  
 enim male actorum non paenitet, nec in me-  
 lior vitam commutat, dignus non est, qui ver-  
 niam consequatur. Propter quod Job ait,

Job. 24 Vsq[ue] ad inferos peccatum illius: obliuiscar-  
 tur eius misericordia. Vsq[ue] ad inferos pec-  
 catum deducit, qui vsq[ue] ad ultimum vitæ  
 illatum in peccato perseverat, nunquam illius  
 peccatum deducit: quia in inferno etiam exi-  
 stens,

Rens, in illa eadē mala voluntare persistit, in  
qua moriens vitā finiuit Sed huiusmodi ho-  
minis, dei misericordia obliuiscitur, quoniam  
iustum est, ut dei misericordia obliuiscatur il-  
lius, qui dum hic inter viuos ageret, dei iusti-  
tiae oblitus est. Hic talis à facie dei proiectus  
est: quoniā spes veniae iam ab eo sublata est,  
obstinatione illius ita exigēte. Projicitur etiā  
à facie dei, qui de illius misericordia diffidit.

Caih enim, quia Dei benignissimā & largissi-  
mam misericordiam non agnouit, dixit. Ma-  
ior est iniqtitas mea, quam ut veniam merear.  
Et quia de dei misericordia diffidit, veniam  
peccati non sperans, ideo hæc ipsa venia de-  
negata est: propter quod postmodum ait.

Ecce ejus me à facie tua. Iustum est, ut qui  
regis faciem non reveretur, faciem illius non  
videat. Iustum est, ut qui deum non credit  
misericordem, misericordiam illius non ex-  
periatur. Consentaneum rationi est, ut qui  
veniam non sperat, eam non assequatur. Nō  
enim fieri potest ut veniam impetraret, qui ma-  
net in peccato, & noua veteribus addit. Ma-  
net autem in peccato, & tali, quod verè est in  
spiritu sanctum, qui de venia desperat: quo  
fit, ut iuxta sententiam saluatoris, nunquam  
remitteatur. Nam quia remissio peccatorum  
opus est spiritus sancti, verè dī peccare in sp̄m

Gen. 4.

Gen. 4.

Q. 2 sanctum

DESCIATIA  
HOMILIA

sanctum, qui credit Deum non posse aut nō  
velle remittere peccata. Huius ergo peccatum  
quia in spiritum sanctum est, nunquam remitte-  
tur. Et sic peccans à facie Dei proiectus esse  
dicitur: quia illi misericordia denegatur, eo quod  
ille misericordia Dei nō agnouit. David ergo  
qua in Dei misericordia cōfidit, petit ne spe  
sua frustretur, dicens. Ne proicias me à facie  
tuā, & spiritū sanctum tuū ne auferas à me.  
Ac si diceret. Ne deneges mihi misericordiam  
tuam: quoniam ego misericordia tuā agnosco,  
cāquod magnis præconijs effero. Nō deneges mi  
hi peccati veniā: quoniam ego te posse peccata  
remittere credo, & in tua misericordia confi-  
do. Nō auferas ergo à me spm sanctū: quoniam  
ego in spm sanctū nō peccaui: ego enim non  
sum vt Cain: quoniam ille maiorē putauit ini-  
quitatē suā, quā tuā misericordia. Ego autem  
& si magnū esse agnoscā peccatū meū, tamē  
multo maiorē scio esse tuā misericordia. Peccata  
mea multa esse scio, quod tñ numerari pos-  
sint: at numerum tuarū scio nullū esse numerū  
Cū ergo in te cōfidā, miā tuā agnoscā, nun-  
quā de venia desperem, ne quælo eam mihi  
deneges: sed potius gratiam infunde, qua vi-  
tam æternam consequi valeam per merita  
Iesu Christi filij tui. Qui tecū & cū spiritu san-  
cto viuit & regnat in secula seculorum. Amē.

Homi-

## Homilia decima octaua.

*Redde mihi l&etitiam salutaris tui, &  
spiritu principali confirmame.*

**D**AVID peccatum suum agnoscens, tam multas pro eo lachrymas fudit, tam que perperes, ut nec comedes, nec bibens, nec cubas, neque stas, neque aliud aliquid agens, a fletu vnguam cessauerit. Cum enim edebat, cinerem tamquam panem mangabat. Cum bibebat, poculum suum cum fletu miscebatur. Cum ibat cubitum, lauabat per singulas noctes lectum suum, & lachrymis suis stratum suum rigabat. Denique ipse metuit, quod dolor suus in conspectu suo fuerit semper. Ne ergo perpetuo in oratore confectus deficere contingat, laetitia consumantem petit, dices. Redde mihi laetitiam salutaris tui. Non venenatas laetitias petet, quales ante habuit, cum de male gestis latabantur, & exultabat in rebus pessimis. Non vanagaudia querit, quae de mundi vanitate habentur, quia horum extrema semper luctus occupat: nec solu extrema, sed media etiam: quonia risus dolore sepiissime miscetur. Gaudium, quod nemo possit tollere ab illo nisi Deus, qui solus potest dare, hoc ipsum solum petit David: ideo ait.

Psal. 110

Psal. 6.

Psal. 37.

Redde mihi l<sup>e</sup>titiam salutaris tui. Non quā  
lemcunque petit l<sup>e</sup>titia, sed eam solum, quā  
efficit salutare Dei. Sic enim accipiendum  
est genitius ille, salutaris: vt videlicet non  
possessionem, sed efficientiam denotet. Ita,  
vt sit sensus. Redde mihi l<sup>e</sup>titiam, quam salu-  
tare tuum efficiet: fac me partcipem illius  
l<sup>e</sup>titiae, quam per salutare tuum omnis iu-  
stus habebit. Salutare Dei est Christus, qui  
salutem humani generis in medio terrae o-  
peratus est. Hoc salutare sibi & toti generi  
humano dari in alio quodam psalmo pete-  
**Psal. 84**

diam tuam: & salutare tuum da nobis. Scie-  
bat deum in carne venturum, per cuius ma-  
nus, salus habenda esset: ideo petit, vt Deus  
in hoc suam circa nos misericordiam osten-  
dat: quod Christū filium suum ad nostrā oti-  
tium salutē nobis donare dignetur. Nō solū  
ostendere, prout Iudeis, qui cū crucifixerunt,  
ostensus est: nō etiā datus, qm̄ illius in se salutē  
experti uō sunt. Hoc salutare oēs nos letos ef-  
ficit, vitā nobis restituēs, quā nos per peccatū  
amiseramus. Peccante enim Adā, nō solū cor-  
poris, verum etiā animæ vitam amisit. In ea  
enim hora, qua de cibo vetito gustauit, ani-  
mę vitam perdidit, & ad corporis mortem est  
damnatus. Ex hac autē duplii morte maxi-  
ma

manobis oborta est tristitiae causa. Quis enim  
 nisi demens ille fuerit, non dolet, non vehementer  
 tristatur, cum magnum aliquod bonum se amississe cognoverit? Cum autem vita  
 magna bonum sit fieri nequit, ut qui ad  
 mortem damnatus est, non tristetur. Nam ob  
 solam hanc causam qui se morti propinquum  
 potat, tristatur: quia bonum, quod ardenter  
 amat, citissime se amissurum putat. Hance ego  
 etiam praeципuam causam crediderim, quod  
 oes nos fecimus, cum ex vetero matris energi-  
 mur: videlicet, quod in huius natura sentit quis-  
 que, quanta sunt bona quae amisit, & quanta  
 sunt mala quae imminent. Duplici ergo ex  
 causa oes tristamur: de vita scilicet anime, &  
 vita corporis, quas per peccatum amisimus.  
 Sed pro hoc duplicit in errore, Christus serua-  
 tor noster duplitem nobis reddidit letitiam,  
 bona quae amisimus restituens: vitam scili-  
 cet anime & corporis. Vitam anime resti-  
 tuit moriens: corporis vitam, a mortuis resur-  
 gens. In prima liberamur a culpa, persecun-  
 dam erimus a poena. Et per hoc, duplē in  
 consequiti sumus letitiam. Una est, qd à pec-  
 cato liberamur: altera est, quod ad corporis  
 immortalitatem aliquando peruenturos nos  
 speramus. Hanc letitiam Deus pater per si-  
 lum suū sc̄ nobis datur: prohibuitque nostro

**Psal. 11.** dū propheta in alio quodā psalmo testatur,  
 dicens. Propter miseriā inopum & gemitum  
 pauperum, nūc exurgā, dicit dñs. Ponā in sa-  
 lutari, fiducia h̄ter agam in eo. Verba h̄ec pa-  
 tris cœlestis sunt: qui auditis gemitibus huma-  
 ni generis, quod in peccatis iacens gemebat,  
 se daturū consolationē decernit: ideo ait. Nūc  
 exurgam. Ac si diceret. Ego adiuuabo, suc-  
 currā, cōsolabor eos. Qualiter autē sit cōfolo-  
 turus, expressit, subiungens. Ponā in salutari.  
 Verū quid ponet, nō expressit: sed subintelli-  
 gitur ex illis q̄ p̄cesserunt. Cōtra gemitum  
 ponet l̄ætitiam: contra paupertates, diuitias  
 spirituales. Quid posset salutare dei ponere,  
 nisi salute? Prima ergo l̄ætitia est de liberatio-  
 ne à peccato. Et h̄ec maxima. Nā q̄ in aliquo  
 durissimo & fortissimo carcere captiūus tene-  
 batur, ab aliquo crudelissimo hoste: si postea  
 earcere fracto, vīculis disruptis, hoste inuito,  
 iniō etiā deuicto, liber fuerit inde eductus, mi-  
 rum in modū exultat. Oēs hoīes quādū sub  
 peccato viuebant, captiui tenebantur à dæ-  
 monē carcere teterrimo, & tenebroso īclusi.  
 Nam beatus Paulus in posteriore epistola  
 ad Timotheum de diabolo loquens, ait. A  
 quo captiui tenentur (haud dubio peccato-  
 res) ad ipsius voluntatem. Sic captiui tenen-  
 tur: vt eis pro libito dæmon utatur. Carcere  
 obscu-

obscurissimo sunt inclusi : quia densissimis  
ignorantiae tenebris laborant. Eam miseram  
fusserunt seruitutem, quam populus Israel in  
Ægypto passus est. Seruiebat populus in pa-  
lea, luto, & latere, & seruienti panis non daba-  
tur. Omne masculinum interfici iubebatur.  
Et (quod his omnibus acerbius est) Deum suum  
colere, populus non sinebatur. Hæc omnia ge-  
neri humano sub peccato existente contige-  
re. Seruiebat siquidem in palea vanæ superbiae,  
in luto & cœno luxuriae, & in latere duræ &  
tenacis auaritiae. Omne masculinum interfici-  
etur: quia si quod propositum bonum & vi-  
rile insurgit, statim dæmon occidere tentat:  
muliebre autem & fragile, hoc nutrit & fouet.  
Deum colere non sinit: quia holocaustum Deo  
acceptum non offert, diabolo dignus. Sed in  
hac seruitute manens, sic captiuus tenebatur:  
ut nisi sanguine Christi ab eo eripi non posset.  
Quemadmodum enim in quibusdam animali-  
bus contingit, quæ sic stringunt aliquid intra  
se inclusum, ut nisi fractum fuerit, a se non di-  
uidatur, nec dimittunt illud quod intrinsecus  
clausum tenent. Statim missum fuerit cleu.  
statim dissoluitur. Hoc enim in polypo me  
expertum aliquando fuisse memini. Sic  
enim petrae alicui hæret, & rem quam capit  
ita fortiter stringit: ut etiam si in partescinda

tur, nunquam tamen ab eo quod semel comprehendit, diuellatur. Ad hunc modum, diabolus humanum genus tenebat, nec volebat dimittere. Tanta enim auiditate illud posse fidebat, ut potius se scindi permetteret, quam genus humanum, quod captiuum tenebat, liberum abire sineret. Sed dominas Iesus Christus pientissimus seruator noster sanguinem suum quasi oleum misericordiae fudit, & per ipsum nos liberavit. Sic ergo liberati, omnes latos nos esse oportet: & tanto magis exultare, quanto magis acerbo & duro carcere tenbamur inclusi: & quanto à magis crudeli hoste tenebamur captiui. Sic etiam Pharaone mortuo cū toto exercitu suo populus Israel videns se liberatum à tyrānde Pharaonis & seruitute Aegyptiaca, magna cūm lātitia cattare coepit, & dicere. Cantemus domino, gloriōse enim magnificatus est. Et Maria prophetissa soror Aaron, sumpfit tympanum in manus sua: egressaque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus prae-

**Exo.15.** nebat, dicens. Cantemus domino, gloriōse enim, &c. Propter quod David in alio quodam Psalmo, ad hanc lātitiam inuitat, dices.

**Psal.99.** Dominus regnauit, exultet terra, lātentur insulae multæ. Vniuersa terra, & omnis orbis, qui subiectus antea erat sub dominio diaboli, nunc

li, nunc deuicto dæmone, & nobis ab eiusty  
 rannide liberatis, Deo subiicitur creator: ve  
 iam dæmone electo, solus Deus in hominera  
 gnet. Et ob hanc causam terra ad exultatio-  
 nem, & insulae ad lætitiam inuitantur. Ter-  
 ræ nomine, continentem denotauit: propte-  
 rea quod intra insulas eam distinguit. Insulae,  
 omnes nos quādiu hic sumus, dici possumus:  
 quoniam insulae in medio mari positæ sunt:  
 & nos in hoc mundo, tanquam in medio ma-  
 ri constituti, varijs cogitationibus, varijsque  
 affectibus, quasi varijs hinc inde tunduntur flu-  
 ctibus: & ob hoc, periculo subiacemus: ne for-  
 te mare nos aliquādo subruat, & sorbeat. Ter-  
 ra cōtinens, quæ lōgē ab hoc periculo abest,  
 est gloria cœlestis, quæ extra omnem aleam  
 iam constituta est. Quod si hoc non placet,  
 dicamus nomine terræ, totam hanc ecclesiam  
 militantem significare, quæ tutæ viuit, & abs-  
 queylla formidine secura: quoniam & si per-  
 cutitur, nunquam frangitur: si tunditur flu-  
 ctibus, nunquam subruitur. Nam & si parti-  
 culare aliquod eius membrum aliquando pe-  
 reat, ipsa tamen tota nunquam peribit. Exul-  
 tet ergo terra, lætentur insulae multæ. Ac si  
 expressius diceret . Ecclesia tota exultet,  
 & multæ animæ lætentur: eo quod deuicto  
 dæmone, ab eiusty rannide liberata, Deo re-  
 gnanti

gnanti subiiciuntur. Tota ecclesia de Christi resurrectione letari admonetur, & meritò: quoniam per Christi mortem & resurrectionem ipsa ecclesia sic inuncta est, ut multò clarior & pulchrior fieret, & coram Deo appareret. Verū hoc admonere oportet, quod ait, insulæ multæ: & non dixit, insulæ omnes: quia non omnes de incarnatione, & beneficio passionis Christi letabuntur. Qui bene vixerit, & Dei præceptis obedierit, incarnationem Dei, eiusque passionem sentiet in foliatum, & in remedium. Si verò quis male vivit, & Dei præcepta contempserit, de Christi passionis beneficio letari minime poterit, sed maxima tristitia absorbebitur: quoniam tantum fibi oblatum beneficium contépsit, & illo ad suum profectum uti nesciuit. Eadē ergo Christi incarnatione, atque eius victoria, quam per suam passionem acquisiuit, sicut iustis materiam letitiæ præbent, ita peccatores damnatos maximo motore conficiunt. Multas ergo insulas ad latitudinem inuitat, non omnes: quia non omnes obediunt euangelio: non omnes credunt Deum incarnatum: non omnes credunt eum passum suisse: nec passione sua dæmonē viciisse. Quo sit, ut qui victoriā non agnoscunt, de eius victoria letari non possint: qui cuī regnantem non credunt, de eius

eius regno non exultent: qui se à diaboli ty-  
 rannide per Christum liberatos non agno-  
 scunt; de hac liberatione non gaudeant. Da-  
 uid autē, qui agnoscebat Christi incarnatio-  
 nem atque eius passionem, & per illam de dæ-  
 mone habitum triumphum, desiderat se hu-  
 ius lætitiae participē esse, velletque inter mul-  
 tas illas insulas connumerari, quæ de Christi  
 victoria lætantur: ideo ait. Redde mihi læti-  
 tiam salutaris tui. Ac si diceret. Fac me de re-  
 missione peccatorum certum: quoniam hoc  
 ipso auditō, maxima lætitia perfundar: fac  
 ut sicut de peccato doleo, ita de remissione  
 gaudeam. Acerbo dolore premor, quia te of-  
 fendi: fac ut nimio gaudio exultem, quia mi-  
 hi condonasti peccatum. Sicut enim vehe-  
 mensest dolor in corde pœnitentis: ita maxi-  
 ma est lætitia cordis in eo, cui peccatum iam  
 est remissum. Non dubito quin Magdalenæ Luc. 7.  
 lachrymæ, quibus pedes Christi rigabat, ver-  
 sæ fuerint in lætitiam ad vocem Christi dicē-  
 tis. Remittuntur tibi peccata tua. Erantque  
 tunc simul ignis & grando: lætitia & tristitia  
 in eadem sede morabantur. Dolebat se pec-  
 cassæ: sed pœnituisse gaudebat. De peccato  
 tristabatur: de remissione peccati lætabatur.  
 Contendunt itaque inter se lætitia & tristitia;  
 & si te iudice bellum ageretur, nescires

quam

quam cui præferres. Lætitia tamē hoc habet  
 victoriæ signum, quod tristitiam harenæ ce-  
 dere coegisse videtur. Nam tristitia intra cor  
 distabernaculum se continere non valens,  
 per oculos quasi per portas exire compeili-  
 tur. Lætitia vero, quia totam occupauerat  
 domum, in corde velut victrix se continet,  
 nullam sui partem foris ostendens. Hanc læ-  
 titiam in se ipsis experiuntur ij, qui magno  
 peccatorum pondere pressi, peccata sua po-  
 ste ac cognoscentes, atque dolentes: cum iam  
 probè & plenè (ut decet) ea in aurem confes-  
 sori dixerint, & se coram eo accusauerint, se  
 hoc fecisse nimium lætantur, & velut qui  
 sarcinam aliquam nimium grauem à se reie-  
 cerunt, leues se esse censem. Dulcissimum  
 enim est cum præteritæ misericordie memine-  
 ris, agnoscere te esse iam ab illa creptum.  
 Nam (ut quidam ait) dulce loqui misericordia,  
 veteresque reuoluere questus. Hanc læti-  
**Psal. 85.** tiam Dauid alibi petebat, dicens. Misere-  
 re mei Domine, quoniam ad te clamaui to-  
 ta die: lætifica animam serui tui. Postquam  
 petierat misericordiam, de misericordia im-  
 petrata læticari se petit. Et hoc est quod  
 nunc ait. Redde mihi lætitiam salutaris tui.  
 Verum quia homo inconstans est, & nisi  
 Deo autore persistere nequit: ne post ade-  
 mensus pta

pcam hanc tam suauem lætitiam , iterum in  
 peccata relapsus , eam amittat , petit huius  
 lætitiae confirmationem , dicens . Et spiri-  
 tu principaliter confirma me . Infelicissimum  
 quidem omnium genus ( vt quidam ait )  
 est fuisse felicem . Acerbior multò est tri-  
 stitia , quæ lætitiam sequitur , quam quæ  
 uis alia , quæ alteri succedit tristitia : quo-  
 niam qui malis assuetus est , minus eos sen-  
 tit , & facilius sustinet . Nam sicut bono-  
 rum assiduitas illa vilescere facit : ita malo-  
 rum frequens patientia , ea tolerabiliora  
 reddit . Quò fit , vt tristitia , quæ lætitiae  
 succedit , multò amerior putetur . Propter  
 quòd David petit , vt semel reddit a lætitia ,  
 non auferatur , dicens . Et spiritu principaliter  
 confirma me . Ac si diceret . Firmum , & in bo-  
 no proposito stabilem me fac . Agnosco  
 meam inconstantiam : eam iam expertus  
 sum : scio hominem esse tanquam folium Job . 13.  
 quod à vento rapitur . Ventus , dæmonis ten-  
 tationem in scriptura sacra signi-  
 ficat . Tot ergo ventorum flatibus mensura  
 mouetur , quot tentationes patitur .  
 Ab una parte flante ira turbatur . Quòd si  
 ex aduerso spirauerit in epta lætitia , dissolu-  
 tur . Ex alia parte spirat auaritia , & ad appeti-  
 tum terrenorum rapitur . Aliquando prospera  
horum  
omnium  
vuln.  
vuln.  
cum

cum in altum subleuant, aduersa iterum ad infima deiiciunt. Tam instabilis est, ut nisi tenente Deo, ad omnem venti flatum tanquam folium moueatur. Ego enim (David dicere posset) in me ipso expertus sum, quoniam aliquando me stare putabam, & cecidi: me quietum & firmum credebam, & tandem pedes mei moti sunt. Ipsa ergo experientia me docuit, quod hominis quamlibet iusti gloria, sit tanquam flos agri. Multa sunt pericula quibus flos obijicitur, ut pereat.

**Exod. 40.** Vento rapitur, frigore vritur, calore & siccitate arescit. Ecce qualis est gloria nostra, qui tanquam flos agri: quoniam tot periculis subiecti sumus, quot subiectus est flos. Quod si gloria nostra est tanquam flos agri: qualem putas erit nostra ignominia? Non possumus ergo diu stare, nisi Deus supponat manum suam. Ipsa firmitas & persistentia in bono æquè Dei donum est, sicut boni operis initium. Nam non minus seruantur Deo decimæ, quam primitiæ. Sic enim in Leuitico

**Leu. 27** ait Dominus. Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arbōrum, domini sunt, & illi sanctificantur. Et iterum. Quicquid decimū venerit, sanctificabitur dñs. Numero decimario, perseverantia in bono significatur: quoniam numerus in denario consummatur. Antiqui enim

enim per digitos supputare cosueerunt: digitii autem utriusque manus non ultra decein sunt. Si ultra decein est computandum; eosdem digitos repetere oportebit. Totius ergo numeri plenitudinem denarius in se continet. 2. Co. 3.  
 Dum ergo dominus primitias & decimas fibi seruauerit, mystice nos docuit, boni operis perseverantia ab ipso deo esse, sicut eiusdem boni operis initium. Sicut enim sufficientia ad bonum aliquod cogitandum, non ex nobis sed ex Deo est: ita etiam diuinæ dispositionis est, non electionis humanæ: ut bono vel malo fine vita nostra terminetur. Ut rursum horum David confessus est. Ipse enim initium boni operis tribuit Deo, dicens. Misericordia eius praesertim inueniet me. Et misericordia se egere ut perseueret, in alio quodam Psalmo testatus est: sic in quiete. Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vita mea. Psal. 58. Psal. 22.  
 Et quia hoc David agnoscebat, ideo nunc ait. Et spiritu principali confirmame. Vel (ut Hieronymus transstulit) spiritu potenti: quo innuitur, opus esse magnæ potentie aliquem in bono sic firmare, ut deinceps immobilis persistat. Nos ergo, quos Deus post transactos quadragesimæ luctus, post penitentiarum dolores, post ciborum abstinentiam, post orationes, post multas vigilias, ad resurrectionis dominicae laetitiae perducere di-

gnatus est: ne hac tam salutari l<sup>a</sup>etitia peccati  
 tis nostris exigentibus priuemur, Deum ora-  
 re debemus, & cum rege Dauid dicere, Spi-  
 tu principali confirma me. Sunt enim multi  
 inimici crucis Christi, qui de Christi nomi-  
 ne inaniter gloriantur: Christianos se dicen-  
 tes, cum nihil minus sint: qui toto tempore qua-  
 dragesimali pro die resurrectionis suspirant,  
 non ut spiritu Christo resurgent i congratule-  
 tur, sed ut gaudeant cum mundo ad sonitum  
 tympani, & in bonis huius mundi ducat dies  
 suos. O peruersus temporis abusus. Terminus  
 bonorum operum facta est istis resurrectio-  
 nis saluatoris: quasi domino resurgente, liceat il-  
 lis quicquid libuerit agere. Quod factum est  
 ad vitam, isti vertut in mortem: a resurrectio-  
 ne, quae fuit nostrae vita initium, isti peccate  
 res sumunt initium mortis. Ex hoc enim tem-  
 pore, ad vomitum velut canes reuertuntur. Tunc  
 enim comeduntur & ebrietates, quae iam  
 antiquatae erant, renouantur: vestimentorum  
 luxus reuocatur: impudentiae repetuntur: co-  
 cupiscentia haec tenus refracta in dissolu-  
 tur: ut laxatis habenis, per vitia quaeque discur-  
 rant. O insensati & stulti, iam aliquando sapi-  
 te: audite atque attendite, ut virtute resurrectionis dominicae, quam non intelligitis, vel Paulus  
 docente intelligatis. Mortuus est (inquit ille)

pro;

propter delicta nostra: resurrexit propter iustificationem nostrā. Ut nos cōfitimaret in fide  
 qua iustificauis, resurrexit: nō ut à vera & vita  
 fide deiceret. Ut nos iustos efficeret, sur-  
 rexit, non peccatores. Ut nos ad vitā repara-  
 ret, resurrexit: nō ut portas mortis nobis ape-  
 riret. Hi autē insensati peruersè agētes (tāquā  
 si Christi resurrectionē sit mortis porta) qui an-  
 te resurrectionē viuebant, vel (ut verius dixe-  
 rim) viuere apparebant, statim Christo resur-  
 gente, se in mortem peccantes imiciūt. Non  
 sic impij, non sic: sed qui hucusq; planxistis  
 peccata vestra, nunc īā de remissione pātamī  
 ni. Qui hucusq; doluistis cum Christo, nunc Psal. 31.  
 lætamini in domino, & exultate iusti. Qui  
 mortui estis peccatis vestris, cuncti illo estis cru-  
 efixi: nunc cum illo ēstā sic resurgite tāquani  
 non iterū morituri: quoniam Christus resur-  
 gens ex mortuis, iam nō moritur, in mortis vi-  
 trā nō dominabitur. Sic etiam vos à peccatis  
 vestris surgite, vt nō vlt̄ in ea labamitii. Sed  
 quia hoc vestra virtute præstare non suffici-  
 sis, diuinū implorate auxiliū, & dicite. Spi-  
 tu principali confirmā me. Magna est domini  
 ne fragilitas mea, & tot hostibus, à quibus val-  
 latus sum, resistere nō possum: tu ergo domi-  
 ne adiuua me, pone me iuxta te, & cuīusvis Iob. 17.  
 manus pugnet contra me. Si enim tu mihi  
mucōs.

# H O M I L I A

- ps.117. fueris adiutor, non timebo quid faciat mihi  
Psal.26. homo Parum dixi: quoniam & si consistant  
aduersum me omniū dēmonium castra, non  
timebo. Magna etiani domine Deus est gra-  
uitas corruptionis meæ, quæ tanto me pōde-  
re premit, vt semper in malum pronus sim:  
semper me ad infima appetēda incuruat: nec  
solum incuruat, sed deicet. Tu ergo benignis  
sime dominie suppone manum tuam ut non  
cadā, & si ceciderim, non collidat: quia iustus  
Psal.36. etiam cūm ceciderit non colliditur, eo q̄ tu  
supponis manum tuam. Agnoscō etiam mo-  
bilitatem meam, quia quo cunq; temptationis  
vento flante, domus meæ conscientiæ euerti-  
tur: eo q̄ nullum à se habet fundamentū quo  
firmiter. Tu ergo clemētissime domine fun-  
da me supra te ipsum, qui vera es petra: vt sic  
fundatus supra firmissimam petram, immo-  
Rom.8 biliſ perseverem: ita, vt prospera non me sub-  
leuerit, nec aduersa deiciant: ita, vt neque tri-  
bulatio, neque angustia, neque fames, neque  
nuditas, neque principatus, neque potesta-  
tes, neque mors, neque denigritura, me possit  
a charitate, quæ est in Christo Iesu, separare.  
Sicque fieri, vt ingiter permaneam in latitudo  
salutaris tui. In præsentia tuu per gratiam, &  
in posterum per gloriam tuam nobis præ-  
stare dignetur Iesus Christus filius tuus, qui  
ecum

tecum & cum spiritu sancto vivit & regnat  
in secula seculorum. Amen.

## Homilia decimanona.

*Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te  
conuertentur.*

**D**eu s cū sit summè bonus, & totius bonitatis nunquam exhausta fons talis plenitudo: totam terram sua de bonitate irrigare cupiens, cūm spiritum sanctum suum alicui tribuit, non illius solum, cui tribuit, prospicit vtilitati: sed aliorum etiam multorum cōmodis consulit: qui bus illū per spiritum sanctum suum prodeſſe cupit. Paulus enim cūm diuisionēs gratiarū enumerat, easq; omnes ab uno spiritu sancto proficiſci testatur, ait. Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Ad vtilitatē vtiq; eius cui datur, & aliorum: quia & ſibi & alijs ex acceptō ſpiritu prodeſt: dum vitam ſuam bene gubernans, exemplū bonæ conuerſationis ostendit: ad cuius imitacionem ſepiſſimè vitā ſuam alij instituit: aut voce prædicat, ut ſuo ſermonē edocti, alij viam veritatis, quam antea ignorabant, agnoscant. Nam alij per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ in eodem ſpiritu. Sapientia ad vitam: Scientia vero peritinet

ad doctrinam, quia sine scientia nemo bene docere potest, nec debet. Qui ergo bene vivit, & prudenter praedicat, hic sapientiae & scientiae donum accepit. David ergo, qui se spiritu principali confirmari petijt, ne forte tanquam inutilis reprobis haberetur, & spiritu sancto indignus, ut pote qui in nihilo alijs ad salutem animae prodesse posset, nunc qua utilitate spiritu recepto possit praestare, ostendit, dicens. Docebo iniquos viastuas, & impij ad te conuertentur. Iniquos se docturum spondet, non iustos: quoniam iusti nouerunt vias domini. Quia in re sumnum praedicatorem, & omnium praedicatorum magistrum

**Mat. 9.** imitatur, qui dixit. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiā: quia (ut ait ille) non est opus bene valētibus medico, sed mēlēhabentibus. Ideo s̄epe cum publicanis & peccatoribus, quos medico egere sciebat, conuersabatur; cum illis comedens & bibens: ut inter ipsas epulas, occasione oblata, illos docearet. Sed quid se docturum David sp̄odeat, audiamus. Docebo (inquit) iniquos vias tuas. Doce ergo nos vias domini, & dic, quæ, &

**Psa. 24.** quales illæ sint. Vniversæ viæ domini (inquit ille) misericordia & veritas. Cum viæ domini sint tam multæ, ut sint incomprehensibiles: mirū est, quām breui compendio eas omnes David

Dauid concluserit: dicēs. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Vias domini aetiones eius accipimus, de quibus ipseniet ait. Nō. Esai. 55. enim sunt viæ meæ sicut viæ vestræ. Et istæ sunt viæ illæ, quarum omniū Behemoth prius Iob. 40 cipium esse dicitur: quia cum Deus cuncta ex nihilo cōdidit, luciferū priorē omnibus fecit. Quis ergo omnes has vias, hoc est, omnia opera Dei enarrare sufficiat? Sed cum ad illas omnes numerandas Dauid se imparem agnosceret, intra angustum quēdam alueum eas omnes circunsepiuit, dicēs. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas: quia in omnibus suis operibus Deus suam misericordiā, simul & suam veritatē effudit. Misericordiā quidē: quia illa ex nihilo cōdidit. Veritatē: quia omnia sub integritate dijudicat. Possumus etiam hoc aliter interpretari: sic, ut vias Dei nō creaturas ipsas, sed aduentum eius in mundū intelligamus. Omnis autē illius in mundū visibilis aduētus, duplex solum esse creditur. Primus, cum carnē suscepit. Secundus est, cum veniet omnes iudicare, & dare vnicuique iuxta opera sua. In primo ostendit suam misericordiā: qui incarnatus ostendit viscera misericordiæ suæ, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Deinde vienes ostendit suam misericordiam: cum ignorantes docuit, et eos illuminauit, sur

# A H O M I L I A

dos fecit audire, mutos loqui, paralyticos consolauit, mortuos suscitauit: & (quod his omnibus maius est) peccatores ad poenitentiam conuertit. Denique ineffabiles, & inexhaustos misericordie suae thesauros aperuit, cum pro inimicis suis mori dignatus est, ut eos salvuos faceret, & patri suo reconciliaret. Hoc

Rom. 5. enim supremæ misericordiae opus fuit. Vix enim (ut ait Apostolus) pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan, quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis; quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Toto ergo primo aduentu, Deus misericordiam suam exercuit, & exercet, & exercebit: quousque ad iudicium reuertatur, in quo faciet iustitiam, bonos præmio donans, malos dignis vltionibus puniens. Non enim tunc iam tempus vlli ad poenitentiam indulget: non aliquem ultra expectabit. Nullæ iam lachrymæ alicui ad salutem proderunt; sed quale quenq; tunc inuenerit, talem illum ju-

Pro. 10. dicabit. Nullæ tunc (ut Sapiens ait) proderunt diuitiae: quoniam iudex incorruptus est, qui nullis muneribus flecti potest. Ille aduentus totus in iustitia exercenda expendetur: sicut primus in misericordia. Cum autem nullus sit Dei alias visibilis aduentus, præter hos duos:

quorum unus ad iustitiam , alius ad misericordiam pertinet: meritò Dauid ait. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Auditumus iam Dauid docentem nos vias domini quæ sint : exigamus ab eo , vt nos doceat quales sint, vt satis promissioni suę faciat, quæ dixit. Docebo iniquos vias tuas. Viæ doceendi rectæ sunt; quia sine errore vlo nos ducunt ad vitam. Nam propter hoc in alio quodam psalmo Dauid appellat eas vias vite. Notas Psal. 15. mihi (inquit ille) fecisti vias vite. Notas nobis dominus fecit vias vite: cùm nos docuit iustitiā & misericordiā, quibus peruenimus ad vitam. Sunt etiam pulchrę sine vlla sorde, & sine vlla macula, quoniam docent munditiam. Et propter hanc causam Dauid alibi ait, Deus meus impolluta via eius. In virtute Psal. 17. siquidem nulla potest esse immunditia: alio qui virtus non esset. Sunt etiam planæ sine difficultate: quia donant suavitatem. Iugum enim eius suauè est, & onus eius leue. Quāquā enim ipsa virtutū initia dura, & aspera videantur ; progressus tamen suaves sunt. Propter quod suscipio mihi non parsua oboritur, Dauid tunc viam virtutis incepisse, quoniam dixit. Propter verbaliorum tuorum, ego eu Psal. 99. studiui vias duras. Duræ tunc videbantur: quia solum in limine erat, sola initia nouerat:

# HOMILIA

quoniam postea cum iam proficiebat, dicebat . Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Cum dilatasti ( inquit), hoc est, cum me charitate affecisti, quæmetis est latitudo. Tunc enim charitate levigata viarum difficultatem, viam mandatorum tuorum cucurri. Non enim posset viam currere, si cor eius arctaret peccatorum angustijs. Haec sunt viæ domini, per quas & ipse venit ad nos : & nos dicit ad ipsum. Quoniam omnes qui ad deum accedunt: aut illos Deus amore ad se allicit, aut timore venire compellit, hos per viam misericordie illos per viam iustitiae dicit. Verum hinc admonendus est: ut videat quisque; quantum sit hoc docendi munus, ad quod exequendum, nullus qui peccatis infectus fuerit, dignus habetur. Nam David ut doceat vias domini , peccata prius sibi remitti petit: triplicem spiritum postulat, videlicet spiritum rectum, spiritum sanctum, spiritum principale. Spiritum rectum petit: qui recta via incedere doceat Spiritum sanctum, ut auditores sanctos, & Dei amorem ardentes faciat: Spiritum principale postulat, siue (ut Hieronymus tradidit) potest: ut aduersus omnes tentationum incursum constate & infractum semper habeat animum: ita, ut nec ministerreatur, nec numeribus flectatur, nec deiciatur aduersis, nec ullis honoribus efficeratur, aut insolescat. Nam haec sunt duæ validi-

validissimæ machinæ, quibus prædicatores  
 oppugnantur semper, expugnantur sæpe,  
 banditiae, scilicet, & terrores. Hi timore con-  
 cutiunt animum, illæ spe inuadunt. Hi ma-  
 gnitudine afflictionum mentem absorbent,  
 & in desperationis barathrum iniiciunt; illæ  
 falsa quadā dulcedine, malè securos hos red-  
 dunt, quos facilius interficere possint. Aduer-  
 sus vtranq; machinam spiritum sanctum a-  
 desse oportet, qui prædicatorem docens, sic  
 illum in bono confirmet, & constantem red-  
 dat, vt nec minis terreatur, nec honotibus aut  
 aliis blanditijs quibuscunq; insolecat, quo  
 minus officium prædicationis sibi commis-  
 sum exequatur. Eget etiā prædictor spiritu  
 recto & spiritu sancto: vt auditores suos & re-  
 stos & sanctos facere possit. Nemo enim dat  
 quod ipse non habet. Quo fit, vt qui prædi-  
 catoris nomine gaudet, & officium prædica-  
 tionis usurpat: quoniā alios docere habet, ip-  
 se prior sit doctus: & quia peccatores ad pe-  
 nitentiā conuertere satagit, ipse prius pecca-  
 torū suorū pœnitentiat, oportet. Si alios mun-  
 dare debet, necesse est, vt prius ipse mūdetur.  
 Non est enim possibile, vt qui immūdus est  
 totus, aliū mūdere valeat. Si alios in Dei amo-  
 re feruidos & ardentes facere cupit, opus est,  
 vt in seignem ecclœ habeat, qui auditores

feruere faciat. Nam qui fieri potest, ut qui frigidus est, aut tepidus, alios calefaciat? Quem admodum si ad carbones extintos adiungas alios similes carbones, nunquam accenduntur, accendentur autem facile, si ad ignem approximes: sic etiam qui ad sceleratum & malae vitae prædicatorem tanquam ad carbonem extintum accedit, ab eo nunquam accendetur. Propter quod econtrario de Christo summo prædicatore, omniumq; prædica

**Psal. 17** torum magistro, dicitur. Ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo. Per carbones significantur peccatores, aqua malae cupiditatis extinti. Huiusmodi carbonibus facies illorum comparauit Hieremias, dicens:

**Thr. 4.** Denigrata est super carbones facies eorum. Sed adueniens Christus, hos succendit igne spiritus sancti, quo repletus erat. Hoc in Petro experiri licet, qui quoniam frigidus erat, non potuit voce sua mulierculam vnam amore Dei ardenter facere: immo potius contra mulierculæ vox tanquam ventus aquilo ad aures Petri perueniens, mentem illius gelidam fecit. At postquam cælestis ille ignis de cœlo veniens, cor eius & linguam inflammavit, continuò prædicare coepit, & voce sua fere tria hominum millia in Dei amore accen-

**Ezai. 6.** dit. Ezaias etiam quoniam labia habebat immunda

munda (ut ipse met gemens & dolens fatetur) purificatione habuit opus antequam ad prædicandum mitteretur: propter quod mittitur unus de teraphim, qui tollit carbonem ignis ab altari, & tangit labia ipsius & linguam, & purgat eam, eaq; purgata, statim mittitur ad loquendum. Quandiu habuit labia immunda, non iniungitur illi prædicationis officius. Mundatur labia ipsius, & cōtinuò post, dignus habitus est, cui prædicatio mandari beat. Ex quibus colligimus, eū qui aliquibus peccatorum sordibus foedatus est, indignum esse ad prædicationis officium. Nam sua mala vita multum derogat doctrinę quā prædicat. Eadem enim agit quæ damnat: quo factō, ansam suspicionis non paruam auditōribus præbet, vera non esse quæ ab illo fuerunt edocēti. Ad quod, hoc argumento mouebuntur: quod videlicet non est vero simile aliquem ita despisse, ut alijs bene consulat, sibi autem male. Si bona sunt quæ docet, cur non ea facit? Si bona sunt quæ facit, cur non ea docet? Itaq; quocunq; se veritat, malus esse concincitur, aut male viuens, aut male docēs. Sed quia magis semper homines oculis, quā auribus credunt: hinc est, quod male viuentis doctrinā quamlibet bona, contemnitur. Alioqui si non magis crederetur vitæ quam verbis:

# HOMILIA

**Mat. 23.** verbis: nunquam nos Christus admonuisset, facere quæ dixerint nobis scribæ super cathe dram sedentes: & ab eorum operibus abstine re. Quia vero Christus seruator noster ani maduerit longum iter esse per præcepta, bre ve & efficax per exempla: ideo nos admonere dignum dicit, ut quæcunq; dixerint nobis, faceremus: secundum autem opera eorum, qui nos docent, facere contemneremus. Plato, & Aristoteles, & omnis in diuersum ita rasipientium turba, plus ex moribus, quam ex verbis Socratis traxit. Plus etiam apostoli & Christi discipuli ex eius exemplis & factis nunquam satis laudatis hauserunt, quam ex illius verbis quamlibet ignitis. Propter quod Christo, qui suorum discipulorum profectum amiebat, prima cura fuit facere, huic proxima, docere. Cuius enim vita despititur, restat, ut eius prædicatio contemnatur. Nam qui male vivit, nisi effrons ille sit, non audebit alios de vita mala reprehende-

**Rom. 2.** te: ne dicatur illi quod Paulus ait, In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas. Et iterum ait. Qui ergo aliud docees, te ipsum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? Qui dicas non moechandum, moecharis? Propter quod gentilis quidem sapiens dixit, *omnes regni non sunt opera tua.*

*Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.* Cato:  
 Et poeta quidam ait.  
*Loripidem rectus irrideat, ethiopem albus.* Iuueni:  
 In cuius signum Christus redemptor noster  
 iudæis accusantibus adulteram, dixit. Quis- Ioan. 8,  
 ne peccato est vestrum, primus in illam la-  
 pidem mittat. Quibus verbis innuit eum,  
 qui peccatis imbutus est, non esse talem, qui  
 alios meritò reprehendere possit. Lapidès  
 enim contra alium mittit, qui illum de pec-  
 cato reprehendit: sed hos lapides nullus nisi  
 qui liber est à peccato mittere permittitur.  
 Ex his ergo omnibus colligimus, eum qui lo-  
 gè aliter ac docet & prædicat in hominū con-  
 spectu viuit, grauiter peccare: eò quod mala  
 vita interueniente, doctrina, quæ probanda  
 erat, despicitur. At non ita censeo de prædicâ  
 tore, cuius malitia latet. Is enim prædicans,  
 sicut nullo æterno præmio ob suam prædicâ-  
 tionem dignus est, ita nec poena æterna: quo-  
 niam peccatū suum cum lateat, nulla ex par-  
 te doctrinæ nocet, quo minus vera esse creda-  
 tur. David autem non contentus declinare à  
 malo, sed etiam bonum facere cupiens, spiri-  
 tum sanctū & principalem primò petiit: dein  
 de se docturum vias domini spondet, dicens:  
 Docebo iniquos viastuas. Sed quid utilitatis  
 ex hac doctrina sequatur, audiamus. Et impij  
 (inquit)

# H O M I L I A

inquit) ad te conuertentur. Doctrina siquidē  
salutaris hoc habet, q̄ peccatores ad pœnitentia  
**Hier. 23** tiam conuertit. Verba m̄ea, quasi ignis ardēs,  
dicit dominus: & quasi malleus conterens pe-  
ccatores. Non hoc facit philosophorum omnium  
doctrina: quoniam & si virtutes aliquas do-  
ceant, non tamen omnes, immo ex eis maxi-  
mas ignorarunt: fidem namq; & spem, & cha-  
ritatem ignorauerunt: quapropter nūquam  
philosophorum doctrina docuit deum co-  
gnoscere, & ad illum conuerti. De his dicitur  
**Ecclesiast. 10.** apud virum sapientem. Labor stultorum af-  
fliget eos, qui nesciunt ire in ciuitatem. Pro  
veritatis inquisitione impensè laborauerunt,  
sed quia non habuerunt ducē itineris, & hu-  
mana inuestigatione arbitrati sunt se posse  
comprehendere sapientiam, errauerūt in in-  
**Psal. 16.** aquoso, & viam ciuitatis habitaculi nō inue-  
nerunt. Melius ergo est docere vias domini,  
quām omnes philosophorum vias, & quām  
omnes mundi scientias. Magna quippe utili-  
tas, quā maior ylla esse non potest: peccato-  
rum. Ad deum conuersio, per quam feruorū  
Dei numerus augetur, & angelis in cœlo exi-  
stentibus magnum accrescit gaudium. Quā  
ta sit hæc utilitas, vel ex eo coniici potest: q̄  
ob nullam aliam rem Deus de cœlo in hunc  
mundum descendit, quām vt peccatores ad  
pœni-

pœnitentiam vocat et magnum se lucrum fācturum existimans, si eos ad pœnitentiā converteret. Meritò ergo Dauid ut Deo misericordiā persuadeat, hac tam magna & opulenta utilitate argumētatur, dicens: Docebo ini quos vias tuas: & impij ad te conuertentur. Quotquot à via veritatis errauerunt, vias domini ignorauerunt. Hoc enim testantur omnes qui in inferno sunt, dicentes. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis: ambulavimus vias difficiles, viam autē domini ignorauimus. Vias difficiles ambulant peccatores: quoniā multis se exponūt periculis, multos sustinent labores, ut delicijs fruantur.

Sapi. 5.

**D**e auaro quidam pulchre dixit.

*Impiger extremos currit mercator ad Indos,*

*Per mare pauperiem fugiens, per saxa per ignes.*

Quid non facit superbus honores ambiens? quāta patitur hypocrita propter solā vulgi inutilē opinionē, quā de se bonā habere cupit? Qui carnis illecebbris seruit, nullū nō mouet lapidē, ut ad optatū perueniat finem. Deniqz oēs peccatores, vt iniquē agant, laborat. Sunt etiam præter labores, difficultates aliæ nō paruae, in omnibus peccatorū vijs. Sunt enim viæ illorum tenebrosæ, Salomonē dice te. Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi Pro. 4. corruant. Quanta autem sit hæc difficultas,

illi soli norunt, qui noctu absque vlla stellā  
rum luce aliquando ambulauerunt. Sunt  
viæ lubrieæ, quia pedes non continent: nam  
ex uno peccato venitur ad alterum, & ex hoc  
iterum ad aliud. Propter quod Dauid pecca-

Psal. 54 toribus prophetans ait. Fiant viæ illorum te-  
nèbreæ, & lubricum. Et ut nihil difficultatis de-  
bet peccatorum vijs: sunt lapidibus viæ illo-

Eccle. 21 rum complantatæ, vt Sapiens ait. Via pec-  
cantium (inquit) complantata lapidibus, &  
in fine illorum inferi, & tenebræ, & poenæ.  
Finem difficilimum adiunxit, quo vias pec-  
catorum à yitijs Dei discerneret. Nam cùm  
initialia harum sunt aspera, media sunt plana &  
suavia, finis vero suadissimus. Cùm ergo tot  
tantaq; sunt difficultates in vijs peccatorum,  
merito illi, qui in inferno sunt, dicunt se, cùm  
hic vivere, vias difficiles ambulasse. Si au-  
tem querat aliquis, cur per has viarum aspre-  
dines pergere placuit? Viæ (inquit) do-  
mini ignoravimus. Causa enim, quare aliqui  
in peccatis suis persistunt, nullam prorsus  
sunt conscientiae aut viæ futuræ rationem ha-  
bentes est: quia Dei vias ignorant. Quidam  
namque iustitiam Dei agnoscentes, illius misé-  
ricordiæ ignorant. Alij rursū sic misericordiæ  
agnoscunt, vt iustitiam Dei prorsus ignorēt.  
Quacunq; illarū ignorata, necessarium est à  
illi 2 vera

vera & recta via declinare: & per vias peccatorum difficiles ambulare. Sunt enim quidam, qui sciunt Deum esse iustum, nesciunt tamen illum esse misericordem. Tales fuerunt Cain & Iudas proditor. Tales sunt omnes, qui de Dei misericordia diffidunt. Propter quod errauerunt, & veniam peccatorum non inuenient. Sunt etiam alii, qui Dei misericordiam agnoscentes, iustitiam illius nesciunt, tamen diuinæ misericordiæ credunt, ut nullam putent futuram iustitiam, nullam peccatorum punitionem. Maxima peccantiū portio ob ignorantiam huius viæ declinat à via recta. Paucisunt, qui de diuina misericordia diffidant: at multi, q[uo]d iustitiae illius obliuiscuntur. Qui utramque viam optimè noscit, errare non poterit. Qui bene noscit Dei misericordiam & illius iustitiam, statim ad dominum converteatur, illū sequetur, post illū ibit, illi que semper adhærebit. Hec sunt illa pretiosissima sponsa vnguenta, quorum odor sponsa ad se trahit, & post illum currere facit, dicens, Curremus (inquit adolescentulæ) in odorem vnguentorum tuorum. Vnguenta haec, sunt misericordia Dei, & iustitia illius. His vnguentis deus omnes peccatores vngit: & illorum peccatis medetur. Odor horum vnguentorum, est fama diuinæ misericordiæ, illiusque iustitiae. Adeo namque sparsus est odor horum

Can. i.

S 2 vngue

## H O M I L I A

vnguētorum: ut tota militantis ecclesiæ domus ex hoc odore impleta sit. Fracto nanque alabastro sui corporis in passione, tunc effusum est vnguētum tale, quod solom nostrorum peccatorum vulnera sanare sufficit. Ibi effusa est misericordia, deo pro inimicis moriente. Ibi effusa est iustitia, debita nostra nobis remittens: quia non gratis ea remisit, sed pretio sanguinis Christi prius soluto. Quæ enim Christus non rapuit, tunc pro nobis soluit. Horum vnguentorum odor est suauissimus. In odorem horum vnguentorum curunt omnes quotquot ad deum veniunt. In odorem misericordiæ diuinæ venit Chana-

**Mat. 15.** nea, miserationem Dei expectans. In odorem misericordiæ simul & iustitiæ, venit Mag-

**Luc. 7.** dalena: & stans retro secus pedes domini, lachrymis rigat pedes eius, & capillis ter-

**Luc. 22.** git. In odorem horum vnguentorum Petrus flet amarè, speransvi peccati veniam. Si horum vnguentorum odorem non perceperisset Iatro in cruce, non dixisset Christo, Memen- to mei dum veneris in regnum tuum. Quia verò diuinæ misericordiæ odorem suauissimum perceperat, ideo velocissime post eam cœcurrit. Et enim adeò suavis odor horum vnguentorum, ut omnes ad se trahat. Cùm

**Ioan. 12.** exaltatus (inquit) fuero à terra, omnia tra-

ham ad meipsum. Qui ergo nō trahitur, aut post Christum non currit, conuincitur non sentire odoris fragrātiā. Qui per vias difficiles ambulant, conuincitur ignorare vias domini. Quoniam si harum viarum virtutem bene agnōicerēt, fieri non posset, quin per illas ad deum conuerterentur: quoniam (vt diximus) pulchræ sunt sine sorde, planæ sine difficultate. Et quia has domini vias ignorant, hinc est, quod nunquā ad requiem dei & habitaculū illius perueniunt. Sic enim ipse deus iuramento hanc sententiam confirmat, dicens. Isti nō cognoverunt vias meas: quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Iurare se dicit, vt ostendat sententiæ firmitatē. Cū ergo auersionis à deo, causa sit ignorantia viarum dei: cōsequens est, vt notiti a earundem viarum, conuersiōnem ad deum causet. Magnum ergo est quod David se facturum promittit, dicens. Docēbo iniquos &c. Docēbo (inquā) alios quam bonus sis, & quam suavis oībus inuocātibus te: quam iustus in oībus vijs tuis. Rarus fortē inueniet, qui melius me hoc facere possit: quoniam ego tanquā expertus melius docere potero. Expertes rerum male de illis loquuntur: contra vero experti. Nam per varios usus artēm experientia fecit. Propter quod in figuratubæ, ad quarum clangō

Psal. 94

# H O M I L I A

rem castra Israel moueri debebant, argenteis  
**Nu. io** & ductiles esse iubetur. Tubē iste, predicatorēs designant: qui auditores ad bellum contraria via sumendum commonet. Istē tubē argenteas esse debet, propter doctrinę claritatem. Eloquia cū dñi, eloquia casta, argentum igne examinatum. Quod autem ductiles esse iubetur, significat oportere predicatorē tribulationibus percuti, ut melius mundi militiam, experientia docente, explicare valeat.

**Psal. ii.** Nam melius ductiles quā fusiles tubē sonat.

**Q. 187** Ideo ergo ait David. Doebo iniquos vias tuas. Ego quidē melius dōcere potero, quippe qui sciam deniā, à quibus abstinerē oportet. Doebo iniquos, ut cūm peccauerint, nō deſtiant animū, nūquam de tua bonitate & misericordia diffidant: & ut hoc melius intelligant, me ipsum in exemplū illis proponam. Peccata mea non excusabo, sed accusabo: peccatorum meorum grauitate bene pensata dicā: quēdignus morte esse, tu tamen voluisti mortē meā, sed mihi magis pepercisti, vitam ad poenitētiā induxisti. Dicā quām suaviter ametractaueris, me iterum receperis, gratiam donaueris: qualiter me lēto vultu tanquam seruum gratum iam respicias, bona amissa restitueris, spīn prophetię reddideris. Enarrabo denique omnia quæ à te recepero. Quod fieri

siet: ut multi hoc bonitatis tue rumore sparsos,  
ad te conuertantur. Non est equum domine,  
ut multos propter meam punitionem amittas. Me-  
litas est, ut multos simul tecum lucreri: laeta-  
beris autem si mihi peccata remittas. Nam si hoc  
feceris, hanc largissimam tuam erga me bene-  
ficiantiam alijs enarrabo, ut sciant vias tuas, &  
per eas deinceps ambulare satagant, ut ad ci-  
uitatem veri habitaculi peruenire valeant:  
presente domino nostro Iesu Christo. Qui  
tecum & cum spiritu sancto viuit & regnat in  
secula seculorum. Amen.

### Homilia vigesima.

*Liber a me de sanguinibus, Deus Deus  
salutis meae: & exultabit lingua mea  
iustitiam tuam.*



Vi arborem aliquam cognoscere  
fera sit, aut malos fructus reddat,  
sic ex horto extirpare cupit, ut  
nulla in posterum fructificandi  
spes reliqua, non solu ramos eius, aut trun-  
cum præscindit, sed radicem etiam euellere cu-  
rat. Nam (ut ait Iob) lignum habet spem si pra-  
scisum fuerit, rursum virescit, & ramis eius pul-  
lulat. Si senuerit radix eius in terra, & in pul-

# H O M I L I A

ueret mortuus fuerit truncus illius, ad odo-  
rem aquæ germinabit: & faciet comam quasi  
cum primum plantatum est. Omnis homo,  
siue iustus ille sit, siue peccator, quasi quedam  
arbor censetur: & tali nomine in scriptura sa-  
cra appellatur. Vtrunque enim, hoc est iu-  
stum & iniustum, arboris appellatione  
deus significauit: cum per prophetam Eze

Eze.14. chielem loquens, ait Ego dominus humili-  
ui lignum sublime, & exaltaui lignum humi-  
le. Quo verborum schemate, id significatum  
est, quod alibi ipsamet veritas apertius ex-

Luc.14. pressit, dicens. Omnis qui se exaltat, humili-  
bitur. Salomon quoque de utriusque perpe-

Eccle.ii tuo habitaculo, quod iuxta vitæ varietatem  
futurum esse censet, ait. Si ceciderit lignum  
ad austrum, aut ad aquilonem, in quocun-  
que loco ceciderit, ibi erit. Quilibet enim in  
ea erit mansione perpetua post mortem, in  
quam per mortis impulsum ceciderit. Ju-  
stus in hora mortis suæ ad austrum cadit,  
peccator ad aquilonem: quia iustus per fer-  
uorem spiritus decedens, ad gaudia cæli, que  
vivens semper quæsunt, ducitur: & pecca-  
tor, qui frigore malitiæ torpuit, eo q[uod] cum  
principe suo in lateribus aquilonis sedere  
elegit, cum eodem principe suo in perpetuum  
reprobatur. Hoc lignum quale sit, ex fructi-  
bus

bus dignoscitur, dicente ipsa summa veritate, quod non potest arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos. Et sicut Mat. 7. varijs sunt fructus, ita etiam varijs sunt radices: quoniam in illis, tota arboris virtus sita est. Vtriusque arboris radix, appetitus est: bona bonus, mala malus. Præscinduntur aliqui rami arboris bona, cum videlicet iustus aliquis bona facere desinit, aut mala aliqua operatur. Sed quia radix in eo mansit, bona scilicet voluntas, statim ad odorem aquæ spiritualis, fructum bonorum operum germinat. Cum enim de Deo loqui audierit, ad memoriam Dei bonitatem reuocans, eius suavitatem pauplum percepta, statim in amore Dei acceditur, mala quaæ cōmisit deplorat, nouam vitam instituit. Radix adhuc manebat: quoniam nondum à Deo omnino recessit. Huius rei non oportet aliunde petere exemplum, cum David regē in manibus habeamus. Is enim peccans, præscissus est à Deo: nec tamen sine villa reuiuiscēdi aut germinandi spe. Ut enim propheta Nathan illū de peccato redarguit, mirum quomodo ad odorem illius aquæ, doctrinæ scilicet salutaris, reuixit & germinauit. Statim nanque peccatum agnouit: pro illo immensas & perpetue lachrymas fudit, fecitque plurimarum virtutum comam maiorem

# H O M I L I A

rem & pulchriorem, quam cum primus  
platani fuerat. Ad eudem etiam modum sic  
in arbore mala, hoc est in peccatore, cum ra-  
mos illius, hoc est mala illius opera, praescin-  
dere contingit: quoniam nisi radix illius eucl-  
latur, adhuc habet spe. Si senecte radix eius  
in terra, & in puluere mortuus fuerit truncus  
illius, ad odorem aquae germinabit. Radicem  
huius arboris malam voluntatem esse dixi-  
mus. Hac radice in terra senescente, multi so-  
los ramos praescindunt: cum sic a peccatis ab-  
stinent, ut peccandi voluntatem non deserant.  
Malae voluntatis radicem terminuisse conui-  
cuntur, qui ad odorem aquae statim germi-  
nare simillima prioribus peccata. Oblata si-  
quidem (& utinam non quæ sita) quaconque  
minima occasione, ad vitam pristinam redeunt,  
& sepissime plura prioribus committent.  
Tales sunt illi: qui ex sola temporis consti-  
tudine, ad paucos quartaginta dies vita  
relinquunt: ad quæ transacto statim pascua-  
te, reuertuntur. Si in diuina aliqua virtutis  
abstinentia per susterrent, & in bonis operibus  
aliquam per seuerassent, suspicatur merito  
posset, radicem peccati, hoc est malam vola-  
tatem euulsam fuisse. At cum sit solum bi-  
duana, aut tridiuana, aut ad sumum semes-  
tris abstinentia credi aliud non potest, quam  
quod

quod ramis abscisis, radix mansit cordi infra-  
xa, quae tam citò mala opera germinare co-  
pit. Præsertim, quod non solum germinat unum  
aut alterum vitium, sed facit comam quasi cum  
primum plantatum fuerat, quoniam tanta vi-  
tiorum multitudine obruitur, quam prius  
premebat. Qui ergo arbori spiritu fructus aufer-  
re cupit, radicibus eam euellere oportet. Et hoc  
est quod nunc presenti versiculo David petit,  
cum ait. Libera me de sanguinibus Deus: Deus  
salutis meæ. Sanguinis nomine, in sacra scri-  
ptura sapientissime carnis appetitus designatur.  
Nam cum Deus esset sanguinis prohibet, causam adiungit, dicens. Vita carnis in sanguine est. Caro in scriptura sacra aliquando ipsam  
nudam substantiam, aliquando vitium illius significat. Substantia significauit Adæ: cum Euæ ex latere  
cuius formata am conspiciens, dixit. Hoc nunc Gen. 2.  
os sex ossibus meis, & cato de carne mea. Vi-  
tiuum carnis significauit Deus: cum dixit. Non Gen. 6.  
permanebit spiritus meus in hominibus illis: quia  
caro sunt. Quo contra, iustis dicitur. Vos in  
carne non estis: sed in spiritu. Iuxta virgines signifi-  
cationem, caro vitam habet. Vita prima est  
in coniunctione cum anima. Vita secunda, in  
exercitio vitiorum: & carnali conversatione. Si  
cum autem in sanguine vita carnis est: sic in ap-  
petitu proui operis, vita consistit carnalis co-  
mersa-

# H O M I L I A

uersationis. Funde sanguinem : & continuo caro morietur. Tolle carnis appetitum : & statim vita carnalis conuersationis deerit. Si enim appetitus carnis non insurgeret ad cibum & potum, nullus per gulam peccaret : quod ex eo facilè concipi potest: quod cum caro fastidit cibum aut potum, cogere illam oportet, ut bibat & comedat. Carnalis itaque appetitus, quasi quidam sanguis est, in quo vita carnalis conuersationis consistit. Sanguinem comedere, est appetiti carnis consentire. Sanguinem ergo cuiuscunque animalis siue de pecoribus, siue de auibus comedere prohibetur: quia nullius hominis qualibet iustus, appetitus carnis bonus est: & ob hanc causam nunquam nisi ad vitæ necessitatem audiendus. Siquis vero sanguinem comederit

**Leui. 18** (ait dominus) obsfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo. Vehementer nos terruit, si ad tantum comminationem tonitruum surdi non sumus. Quo solo graue esse crimen innuitur, quod tanta distinctione diuina iustitia contra illud succeditur. Non enim tam districte prohibetur sanguinis esus, quia ipse ex se malus sit: quia (ut Moyses huius legislator aut prece-

**Gene. 1.** alibi ait) vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Cum ergo sanguis in se bo-

nus

nus sit, mirum est, quod Deus tam severa cōminatione, à cibo nostro sanguinem excludit, quem in corpore nostro ex ipsa originali conditione inclusit. Præsertim, cum vita animalis (ut ipsemet ait) in sanguine sit. Ex quibus conuincimus, aliquid latere in medullis huius literæ, quod nostras animas pascere possit. Sanguinis ergo esus, qui tam distictè prohibetur, significat carnis illicitam concupiscentiam, aperto consensu ore in nos met ipsos traijcere non debere. Est adhuc quidam aliud in sanguine, quod appetitu carnis apertissime conuenit. Sanguis ad oculos defluens; aciem oculorum minuit, & appetitus carnis, hominis intellectū hebetat, efficitque ut superna & sublimia penetrare nō valeat. Propter quod Christus seruator noster Petru diuinitatē illius agnoscendi dixit, Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Quoniam (ut ait Paulus) animalis homo nō percipit ea quæ dei sunt. Quia ergo carnalis appetitus sanguis est, in quo carnalis vita consistit, & unde omnia carnis vitiapro deunt, hinc est, quod ipsa etiam peccata, præsertim carnalia, nomine sanguinis appellantur: quia à sanguine, hoc est, carnis appetitu, causata. Quemadmodū linguam dicere sole musserimone illum, qui lingua profertur.

Sicut

# HOMILIA

Dicit dicimus hominem aliquem plurimas noscere linguas, & dicimus apostolos hausto cælesti spiritu, pluribus linguis fuisse locutos: non quod membra illorum, quibus tanquam quibusdam plectris sonos formabant, varia & multa in eoruin quolibet fuisse credamus: sed quia eadem lingua diuersos vocis sonos reddere sciebant. Quo ergo locutione istropo, sermonem ipsum dicimus linguam, quia lingua factum: eo etiam appellamus sanguinem peccatum ipsum, quod ex sanguine ortum

Ose. 4: habet. Sic accipit Propheta Oseas, cum variorum peccatorum abundantiam enarrasset, subiunxit. Sanguis sanguinem tangit. Quibus verbis insinuauit, peccatum unum ex alio oriri. Cum ergo David ait, Libera me de sanguinibus: & de ipsis peccatis, & de eorum causa & origine intelligi potest. Ita, ut David non solum a peccatis quæ commiserat, sed a carnis corruptione & appetitu illo carnali (qui omnium peccatorum est fomes) se liberari petat. Immortalitatem nanque & incorruptionem desiderat, qui ait, Libera me

i.cor.15. de sanguinibus: quia (ut ait apostolus) Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: dum scilicet erunt corruptioni obnoxia. Nam eorum solo tempore, quo corruptibilia sunt, caro & sanguis appellantur. David ergo, qui multas in se

in se conspicit iniquitates, cùm eas omnes trahat carni & sanguini tanquam illarum originum primæuxæ origini, ait. Libera me de sanguinibus. Ac si expressus dixisset. Liberame ab iniquitatibus: liberame à carnis corruptione, quæ omnium meorum peccatorum est fomes & origo. Nam propter hanc causam dixit plurali numero, de sanguinibus: ut innumeret, in ipso sanguine multorum peccatorum latere radicem. Propter quod interpres Eccl. 21. etiam cùm sciret latinè non dici sanguines, maluit minus latinè dicere, quam proprietatem latini sermonis obseruans, aliquid scripturæ mysterium prætermittere. Cùm ergo ait, Libera me de sanguinibus, fomitem peccati pro sustollì, aut vinculo diuinæ gratiæ sic coerceri postulat, vt ab illo non possit iam ad peccatum instigari. Facilitatem & pronitatem ad malum quo sanguis impellit, à se auctoripostulat. Peccatorum radicem à se auferri petit: vt tanquam auulse arbori omnis peccati spes sit ablata. Sunt qui aliter hunc versum interpretentur, ad Vræcædem, & aliorum, qui hac occasione imperfecti fuerant, referentes: quibus ego ob hoc somnam non assentio, quod cùm facinus illud iam patratum esset, ab illo sanguine semel iam fuso, liberari minimè poterat, vt fusus non esset:

erit: quoniā qđ se mel factū est, ab omnibus  
 irreuocabile censetur: perinde ac verbum se  
 mel prolatū. Quòd si ad reatū ex sanguine fu-  
 so contractū referre cōtendunt, iā de illo fue-  
 rat a Deo liberatus: neq; hoc latebat Dauidē  
 qui prophetā Nathan sibi dicentē audierat,  
 Dñstranstulit peccatum tuum à te . Quare  
 magis ea mihi probatur sentētia, quæ ad pec-  
 cata fragilitatis humanæ, & ad illorum rādicē,  
 carnis videlicet appetitum, hanc Dauidis pe-  
 titionem refert. Cui sentētiae concinuit Augu-  
 gustinus: neq; multum ab illa differt Grego-  
 rius. Dauid itaq; quātum ego æstimo, in hoc  
 versu hoc petit, quod Paulus se à dño petijsse  
 i.co. 12. fatetur. Datus est mihi, inquit ille, stimulus  
 carnis meæ, qui me colaphizet: ppter quod  
 ter dominum rogaui, vt auferretur à me. Sti-  
 mulus iste, carnis cōcupiscentia est: quæ quia  
 dæmone instigante accenditur ad tentatio-  
 nem, angelus satanæ dicitur. Ab hoc stimu-  
 lo se liberari petit, qui alibi legē carnis repu-  
 Rom. 7 gnantem legi mentis describens, ait. Infelix  
 ego homo: quis me liberabit de corpore mor-  
 tis huius? Liberari se petit: quia durum & im-  
 probum sentit in certamine laborem. Durū  
 nimis & acerbum æstimat, perpetuam car-  
 nis rebellionem tolerare, & bellum intesti-  
 num cum inuisibili hoste incessanter gerere.  
 Propter

Propter quod dominum, qui trinus est deus, terrogauit, ut illum à se auferret. Verū deus, qui non quod petimus, sed quod nobis pentibus expedit, concedit, non exaudiuit Paulum petentem: sed ait, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Ac si diceret. Quid tibi expediat, ego melius te noui. Ego noui quid apposuerim: ego qui scio vnde ægrotes, scio etiam vnde saneris. Virtus non nisi in labore & certamine probatur. Quæ in tentatione non succubuit, illa vera est virtus. Quæ autē tentationem non novit, neq; vllū vnquā bellū gessit, nescitur an vera sit virtus. Voluit ergo deus hāc carnis repugnatiā nobis dare, q̄ irreconciliabile bellū cū anima gereret, ut perpetuā exercēdē virtutis materiā in nobisip̄s haberemus. Nā quā inimicitias sustinent, cautiōres eos esse oportet, quām qui nullis offensi sunt. Et ciuitates quæ sunt hostibus finitimes, eas bene munitas esse, & maxima cū diligentia custodiri oportet: ne forte in direptionem tradantur, & hostium prēda fiant. Destructis Carthaginēsibus, & Grēcis subiectis, cū quidā in senatu dixisset res Romanas iā in tuto esse, Scipionē Nasī cā respondisse (Plutarchus est autor) Immō vero nūc in magno periculo sumus, cū nō habeamus quē timeamus. Ob hāc causam etiā,

T expu-

## H O M I L I A

expugnata à filijs Israel terra promissionis ;  
Ios. 15. semper in medio eorum mansit Iesus ,  
qui nunquam potuit extirpari, Deo ita di-  
spONENTE ad exercitium filiorum Israel : ne  
forte otio torpescerent. Sic etiam, vt necessi-  
tas nos ad laborem & cautelam cogeret, deus  
hostem spiritui nostro dedit: carnem videli-  
cet nostram, cuius perpetuas insidias semper  
timere oporteret. Bene ergo deus nobis pro-  
spexit, cùm motus carnis spiritui repugnan-  
tes esse voluit: quoniam & si nobis nego-  
cium non paruum facessunt: utilitatem ta-  
men magnam, si recte consulimus, nobis af-  
ferunt. Nam hic carnis motus similes sunt ca-  
num latratibus, qui & si molesti sint, ad cau-  
telam tamen deseruiunt, & custodiam . Nisi  
enim latrarēt, minime ab illis caueremus: quo  
fieret, vt morderent incautos. Latrantes ergo  
molesti sunt: sed dum nos ad cautelam mo-  
uent, tolerandi. Sic etiam carnis motus, & si  
molesti, utile tamen sunt: dum nos cautos  
esse cogunt, & materiam exercendæ virtutis  
nobis ministrant. Et ob hanc causam , Deus  
Paulū rogantem vt ab eo auferret, non exau-  
diuit: quoniā virtus( vt ait ) in infirmitate per-  
ficitur. Hoc ergo quod tunc Paulus petebat,  
nūc Dauid petit: cū a it. Libera me de sangu-  
nibus. Verū sicut non exaudiuit Paulū, ita  
nec

nec Dauidem: quoniā neutrū voluit ocio tor  
pere, aut torpore deficere. Nā & sanguis ipse,  
qui sub tam seuera cōminatione comedī pro  
hibetur, eiusdē Dei prohibentis testimonio  
vtilis esse cōprobatur. Nā postquam sangu-  
nis esum prohibuit, continuò subiungit. Et Leui. iij.  
ego dedi illum vobis, vt super altare meo ex-  
pietis pro animab⁹ vestris, & sanguis pro ani-  
mæ piaculo sit. Ecce sanguinis vtilitatē: quo  
niam illius effusio fit in salutem animarum  
nostrarū. Sanguinem fundimus, cùm à nobis  
oēm carnis appetitū abijsim⁹, hostiā macta  
mus, vt sanguis exeat: cùm corpus nostrum  
ieiunijs, vigilijs, disciplinis affligimus, vt à  
nobis carnis appetitum procul reijciamus.  
Quod si facimus, in animę nostrā salutem ce-  
dit, & pro animæ piaculo acceptat. Sanguis  
ergo qui comestus deum exacerbat, fusus  
animam expiat: quia sicut iniquitatis consen-  
sus Deo execrabilis est, sic renunciatio placa-  
bilis. Sed quia difficile est semper appetitui  
repugnare, difficilimum nunquam conser-  
tire, ideo Dauid petit ab eius opportunis &  
malè suadentibus illecebris liberari, dicens. Li-  
bera me de sanguinibus Deus Deus salutis  
meæ. Illa dei gemina inuocatio, impotentiā  
affectus indicat. Verūm q̄ deū salutis dixit,  
Christum saluatorē nostrum, à quo omnem

# HOMILIA

nostram salutem pendere propheticō spiritu cognoscēbat, implorasse videtur. Nam ille est nostræ salutis deus: qui pro nobis in cruce moriens, salutē in medio terræ operatus est. Ille verus medicus est, quo totum genus humanum malè habensegebat, ille qui solus sanare poterat. Ille est qui dat salutem regibus; quoniam non saluatur rex per multam virtutem: & gigas non saluabitur in multitudo ne virtutis luç. Rex est quisquis bene scipsum & carnem suam regit: qui insurgentes carnis motus cohibet, qui animę perturbationes sedat. Gigas est quisquis fortis est, & nimia fortitudine aduersus carnis concupiscentias pugnat. Sed neque rex in multa virtute, neque gigas in multitudine virtutis suę saluari potest. Fallax etiam equus ad salutem. Equi nomine, quamlibet mundanam & transitoriā felicitatem significauit. Nam equus dum se ipsum iactans cum arrogantia, magna graditur, offendens pedibus cadit, & sessorem suū magno cum illius periculo deiicit. Et ideo fallax dicendus est: quia sessorem suum, vt iactabundus promittere videbatur custodire, & tueri nesciuit. Talis est omnis mundana felicitas, quę possessori suo nimirū blandiens, illum in talem ruinam deducit, aqua nulla est resurgendi spes: quoniam in inferno

inferno nulla est redemptio. Felicitas ergo mundana fallax est ad salutem : quia eam, quam dare non potest salutem promittit. Si ergo in felicitate mundana non est salus, si in regis, aut gigantis multa virtute neuter saluari potest, ubi est salus? Audi. Ecce oculi domini super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. In domino dicit esse salutem. Sicut etiam alibi dixit. Dominus mini est salus. Quibus autem deus impatriatur salutem, expressit esse timentes eum, & sperantes in illius misericordia. Ille ergo solus est salus nostra: quoniam (ut ait Paulus) non ex operibus iustitiae que fecimus nos: sed per suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renovationis spiritus sancti, quem effudit in nos abinde per Iesum Christum salvatorem nostrum: ut iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ. Ex his colligitur, ut quanuis omnis divina persona salute in nobis prestare valeat, tamen quoniam ex solidis Christi filij dei meritis illa nobis est data, & omnibus in posterum dabitur: solus ille inter alias diuinis personas deus salutis nostre dicatur. Pater quidem dat nobis salutem, cum eam dat filius: dat etiam spiritus sanctus, non tamen pater aut spiritus sanctus pro nostra

# H O M I L I A

omnium salute passus est. Vna est nostræ salutis ab omnibus donatio: non tamen est eorum vna passio. Hic est enim ille, ad quæ

**Psal. 139** in alio quodam psalmo Dauid ait. Domine deus virtus salutis meæ, obumbrasti super caput meum in die belli. Ille enim in cruce pos-

**Psal. 90** situs scapulis suis obumbravit nobis: ut æstū ardantis nostræ carnalis concupiscentiæ temperaret: & nos ob hanc causam sub pennis eius sperauimus. Huius itaque auxilium Dauid nunc implorat, cum ait. Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis meæ. Paulus etiā cum quereret, quis illum à corpore mortis huius liberaret, quia nullum aliud præter Christum, cuius merito se posset saluum facere sciebat, continuò subiunxit. Gratia dei

**Rom. 7** per Iesum Christum dominum nostrum. Huius enim meritis salui facti sumus: huius sanguis salutiferus venenatū sanguinem no-

**Hebr. 9** strum purificauit. Huius sanguis, nos à peccato liberauit, huius sanguis emundauit conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruendum deo viuenti. Et quia huius sanguinis virtutem, spiritu prophetico iam cognoscet David, à quo nostram omniū salutem pendere sciebat, ideo ait. Libera me de sanguinibus, deus deus salutis meæ, & exultabit lingua mea iustitiā tuam. Tuā, inquam, nō meā.

Quo-

Quoniam situ me à peccato liberaueris, & iu-  
stum effeceris, tua erit hæc iustitia, non mea.  
Tibi, inquā, imputabitur hæc iustitia, non mihi:  
quoniā nō ego iustū me facere potuisse,  
sed tu qui solus iustificas impium, me iustifi-  
casti. Tu es qui omnia opera nostra operatus  
es in nobis. Nihil in me laude dignum inue-  
niatur, illud quidem, tuum, non meu[m] erit.  
Tibi ergo, à quo siquid boni in me est, profi-  
ciscitur, totum ascribam. Exultabit ergo me  
ritò lingua mea iustitiam tuam. Sed quia hoc  
corpus quod quotidie corrumpitur aggrauat  
animam, & terrena cogitatio deprimit intel-  
lectum, ut quanta sint hæc bona quæ à te mihi  
conferri puto, minimè cognoscere valeam:  
ideo nunc iustitiam tuam (ut decet)  
laudare non potero: postea verò cùm deposui  
hoc corpore, spiritus meus erit oculatior,  
& ablato puluereterrenarum cogitationum  
perspicaciū agnosceret quanta feceris animæ  
meæ: tunc non solum lingua mea, sed omnia  
ossa mea exultando & iubilando lauda-  
bunt iustitiam tuam, quam nobis donare di-  
gneris per merita Iesu Christi filij tui, qui te  
cum & cum spiritu sancto viuit & regnat in  
secula seculorum. Amen.

Sapi. 9:

Ibidem

HOMILIA  
Homilia vigesimaprima.

*Domine labia mea aperies: & os meum  
annunciabit laudem tuam.*

**Q**Valia fuerint Davidis labia post peccatum, quōde ordine disposita, ex hac illius petitione coniici facile potest: quoniam clausa labia se habere fatetur, qui illa sibi à deo aperiri postulat. Negare certè non poterat se labia clausa habere, qui peccatum suum agnoscebat: quoniam omnium peccatorum os peccato eorum obligante aut obturante, clausum esse conuincitur, per illud quod Anna prophetissa in primo regnorum libro ait. Impij in tenebris tonticescent. Sed quomodo verū esse poterit, ut clausum sit os omnium peccatorum, cùm Christus de Iudeis sibi conuictibus conqueratur, dicens, Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens? Et iterum, Os peccatoris & dolosi super me apertum est: Aperta quidē sunt labia peccatorum ad maledicendū, ad obloquendum, ad murmurandum, ad detrahendum: quę clausa sunt ad orandum, ad benedicendum laudandumq; Deum. Illa quidem frequētissime faciunt:

**v. Reg. 2.**

**Psal. 27.**

faciunt: hęc autem rarissimę. Nam qualis quis  
 que est , talis est eius oratio. Et ex abundan- Mat. n.  
 tia cordis ( vt summa veritas ait) os loquitur.  
**A**uarus auaritiam loquitur : superbus super-  
 biam exprimit: stultus stulta loquitur: prudēs  
 prudentiam. Tanta est verborum cum mori-  
 bus connexio, vt propter hoc (Laertio teste)  
 Solon dixerit , orationem esse factorum si-  
 mulacrum: quoniam omnis animi vis, in ora-  
 tione perinde vt speculo representatur. Rarò<sup>1</sup>  
 audies hominem illecebris nimis deditum  
 de virtute loquentem . Ex ore boni viri , &  
 virtutem amantis , vix audies verbum vnum  
 turpe & obsecnum. Ex eburnea vagina rarò<sup>2</sup>  
 educitur plumbeus gladius. Clasum ergo os  
 ad Dei laudem habere conuincitur , ex cuius  
 ore laus Dei nunquam auditur. Estò etiā laus  
 Dei ex ore peccatoris prodeat, non tamē Dco  
 labia peccatoris aperiente, hoc fiet : sed dolo-  
 re, aut metu, aut alia quavis necessitate vrgen-  
 te aut desiderio, aut alio commodo allicien-  
 te. Nam aliquādo vt à malis eruamur, aliquā  
 do vt votorum compotes efficiamur, diuinā  
 imploramus clementiam , immensam illius  
 laudamus misericordiam: sed non tunc Deus  
 labia nostra aperit , sed timor vrgēs, aut spes  
 blandiens. Homine siquidem peccante, con-  
 tinuò Deus ora illius obstruit, prohibens ne

# H O M I L I A

**Eccl. ii.** Deum ore polluto laudare tentet. Et meritò: quoniam non est speciosa laus in ore peccatoris. Quæ gloria cōtingere potest alieui, propter ea quòd laudatur ab illo, qui non nisi turpia & vitia laudare nouit? Talis autem est omnis peccator: quoniam sic à natura comparatum est, ut ea quisq; laudet quæ amat. Quæ verò oderit, ridet, insectatur, subsannat, scomptatis afficit. Non est enim vero simile, ut aliquis id ex corde laudet qđ maximè odit: aut quod ardenter diligit, quisquam vituperet, & dedecore afficiat. Quid autem peccator amet, ipsius vita testatur, illius nomen clatura proclamat. Nam ideo peccator iniustus dicitur & est: quia mala præfert bonis, temporalia hæc bona & caduca, præponit sempiternis illis & nunquam perituris: contemptis cœlestibus, terrena concupiscit, ad illa anhelat, pro illis suspirat. Qui ergo sola virtus amat, hæc sola ex animo laudabit: quo fiet, ut de vicio suspectum sit, quidquid ab huiusmodi homine commendatum fuerit. Nam (ut est in proverbio) fur em fur cognoscit, & lupus lupum. Contra verò: quæ est virtutis amans, nō potest seipsum cohబere, quin illa miris laudibus extollat, & virtus deprimat. Vnde euenit, ut quidquid illa laudauerit, bonū esse credatur ab ihs, qui laudan-

dantis mores probè agnouerunt. Nullus ergo seipsum in opinione cuiquam hominis, quem aliunde non nouit firmare debet, ob hoc solum, quòd illum laudari aut viterari conspicit ab homine, cuius mores nondum plenè explorauit. Oportet enim primò anxiè perscrutari, quisnam & qualis sit ille qui laudat, & inde coniçere licebit, qualis sit etiam ille, qui laudatur. Nam (sicut est in proverbio) cicada semper est cicadæ chara: formica formicæ. Vnde colligimus: ut sicut gloria est à viro bono, & exploratæ virtutis commendari, ita etiam dedecus est non paruum, ab homine scelerato laudari. Propter quod meritò dixit Sapiens, non esse spe Eccl. 15. ciosam laudem in ore peccatoris. Et hæc est causa, propter quam Deus ab ore peccatoris se laudari deditur, & peccatori, qui hoc tentare præsumit, succenset, dicens. Quare tu Psal. 49 enarras iusticias meas, & assumis testamentum meum per ostuum? Clausum ergo os ad Dei laudem habere conuincitur, qui deum ore suo laudare prohibetur. Et hoc significat, quod dominus os leprosi in lege veteri Leui. 13. claudere iussit. Cùm enim leprosum significare peccatorem omnibus sit manifestum, quid aliud erit, quòd os leprosi claudi iubetur, nisi quod peccatori dum peccato seruit, omnis

# H O M I L I A

omnis bona elocutio interdicitur: ne videlij  
 cet per labia polluta transiens, polluatur & i-  
 psa? Nam sicut saepissime contingit, ut aqua  
 optima per vitiosum canalem transiens, cana-  
 lis malitiam imbibat: sic etiam peccatoris os,  
 tamquam vitiatus canalis, aut limosus alueus,  
 non nihil derogat diuinis laudibus ab eo pro-  
 deuntibus. Propter quod peccatores ipsi, qui  
 Dei laudem sibi interdictam esse agnoscunt,  
**Psal. 136** dicunt. In salicibus in medio eius suspendi-  
 mus organa nostra. Quia illuc interrogauen-  
 tur nos, qui captiuos duxerunt nos, verba  
 cantionum. Et qui abduxerunt nos, hymnu  
 cantate nobis de canticis Sion. Quomodo  
 cantabimus canticum domini in terra aliena? Sa-  
 licum nomine, aliquando iusti, propter illarum  
 perpetuam viriditatem: aliquando reprobi, propter  
 illarum sterilitatem, designantur. De iustis nam  
**Esa. 44** que Esaias loquens, ait. Germinabunt inter her-  
 bas sicut salices iuxta praterflantes aquas: iu-  
 sti enim quia inter arescentem carnalium vi-  
 tam perpetua mentis viriditate perdurant,  
 ideo inter herbas germinare dicuntur, sicut sa-  
 lices iuxta praterflentes aquas. Econtra re-  
 probis salicum nomine etiam significatur, cu-  
**Iob. 40** de diabolo dñs ad beatum Iob loquens, ait. Cir-  
 cundabunt eum salices torrentis. Quia ama-  
 tores seculi huius, quasi steriles & infructuo-  
 si, dum

si, dum voluptates huius seculi amant, diabolus principi suo obsequuntur. Verum & si in bono & in malo salices accipi possint: in praesenti tamen loco, mala est illarum significatio, solam bonorum sterilitatem significans. Hae salices in Babylone sunt, non in Hierusalem: quia in fructuosi omnes, & ab amore coelestis patriæ alieni, totis cordis visceribus in hac seculi confusione radicatur. In salicibus in medio Babylonis organa suspēdunt, qui in amore mundi radicati, & bonis fructibus vacui, & destituti, Deum laudare cessant. Organum siquidem animæ nostræ, hoc corpus est, quo tanquam instrumento anima nostra Deū laudat. Hoç organū habet suspēsum, qui lingua suam ad Deū laudem non mouet. Sed hoc organum existētes in Babylonie captiui, suspēdunt: quia qui in peccatorū captiuitate sunt, Deum laudare (vt decet) non possunt. Demones autem, qui captiuos duxerūt peccatores in peccati confusionem, derident eos, & insultant illis, suadentes, & dicentes, Cantate sicut solebatis: laudate sicut cùm in Hierusalem eratis facere vobis erat solitum. Sed his nos misericordientes respondebimus. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Magis certè plorare quam cantare, peccatum decet. Qui à Hierusalem in Babylonem cecidit,

## H O M I L I A

cecidit, qui inter vitia & peccata à dæmone captiuus vitam suam degit, non debet cantare & Deum laudare: sed peccata sua deplorare. Si ergo non possunt peccatores cantare plorent. Illic (inquit) sedimus & fleuimus. Ploremus ergo ubertimè, ut lachrymarum nostrarum inundatio flumina Babylonis superet. Suspensa sunt enim organa nostra, defecit vox gaudij & lætitiae: & non possumus cantare canticum domini in terra aliena constituti. Alienæ enim est à Deo terra virtutum, terra voluptatum: sicut ipse met testa-

**Ioan. 28** tus est, dicens. Regnum meum non est de hoc mundo In hac terra existentes, tāquam multis malis grauatos, canticalætiae non decent, sed luctus & lachrymæ: & tunc meritò

**Iob. 30.** cum Iob dicere poterunt, Versa est in luctū cithara nostra, & organum meum in vocem flentium. Qui ergo dignè, vt decet, Deum laudare debet, à peccati captiuitate eum priùs liberari oportet: quoniam in Hierusalem latur Deus, non in Babylone. Iustum oportet esse & sanctum, qui sanctum sanctorum

**Psal. 32.** laudare debet: quoniam rectos decet collaudatio. Quid exigatur à peccatore, vt dignas Deo laudes persoluat, Hieremias expressit,

**Thr. 2.** dicens. Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum tuarum. Priùs somnum excute

tere

tere admonet, quoniam non in somno, sed in  
 vigilia Deus laudatur. Si is qui est obnoxius  
 peccato, dormire dicitur: eodem iure etiam  
 is, qui peccato abstinet, vigilare censendus  
 erit. Tunc vigilare incipit, quando mala quæ  
 fecit, agnoscit. Cum verò iam ab illis absti-  
 net & pœnitēdo corrigit, iam oculos aperit.  
 Cum autem ad bona agenda se iam exten-  
 dit: tunc somnum protinus excussit. Consur-  
 ge ergo, & lauda Deum in principio vigilia-  
 rum tuarum. Cum primū vigilare incepe-  
 ris: tunc Deum laudare teneris, qui te à tam  
 alto somno excitauit. Priùs tamen vigilare,  
 quam laudare oportet. Sed quia non est libe-  
 rum dormienti excitari cum libuerit: Deum  
 priùs orare conuenit, & illum obnoxè preca-  
 ri, ut nos à peccati somno excitare dignetur:  
 ut postea excitati, illum dignè laudare valea-  
 mus. Et hunc laudationis ordinem nobis pre-  
 scribit Propheta Oseas, cum ait. Tollite vo-  
 biscum verba, & reuertimini ad Dominum,  
 & dicite ei. Omnes aufer iniquitatem, & ac-  
 cipe bonum: & reddemus vitulos labiorū no-  
 strorū. Reuertantur ergo peccatores, qui mul-  
 tis modis aberrauerunt, ad eū, qui solus tol-  
 lit peccata mundi, qui pro nostris peccatis  
 dignatus est in ara crucis sanguinem suum  
 fundere, & dicamus illi. Aufer à nobis omnē  
 iniquitatem

Ose.14.

## H O M I L I A

iniquitatē. Gratis ne? Et accipe bonū. Quod bonum? Reddemus (inquit) vitulos labiorum nostrorum. Agemus gratias tuā misericordię cui nos debere fatebi nur, quōd à peccati misericordia capiuitate eruti sumus. Auferes à nobis quod nostrum est, & accipies à nobis quod tuum est: quoniam tua est laus, tibi soli debetur honor & gloria. Tu enim solus bonus es: & ideo tu solus laude dignus. Et huic sententiæ concinit nunc Dauid, qui ait. Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. Qui superiùs triplicem spiritū petit, ut recte vias Dei docere possit, nunc etiā ut dignè Deū laudare valeat, labia sua à Deo aperiūti postulat, quæ ad Dei laudem percep̄atum clausa esse nouerat. Aperiūtur autem labia nostra à Deo, cùm remittit culpam, & gratiam infundit. Tunc enim gratia Dei recepera, liberum est homini Deū laudare, & tunc laudes ab illo decantatas Deus grataanter accipit, quas antea dignabatur. Quapropter describens qualiter filij Israel, post triumphū illum nobilem, quem Pharaone & ceteris AEgyptijs in mare summersis habuerunt,

Sapi. 10 Deum laudare coeperunt, ait. Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. Muti erant ad Dei laudes in AEgypto, nec Deū coeli, Pharaone vetante, laudare sineban-

sinebantur: quoniā peccato os peccatoris obturāte, inutus in Dei laude peccator efficitur. Sed Pharaone, & reliquis Aegyptijs in mare summerfisi, laudes Deo cantare incipiūt: quia peccatis omnibus in pœnitentia (quæ amarum est mare) suffocatis, tūc iam liberum est illis, Dei maiestatem & potentiam laudibus extollere. Sed quia hæc laudandi facultas à solo Deo nobis data est, cuius virtute hostes demersi sunt: ideo sapiens causam reddens, quo pacto Deum laudare potuerint, qui per tot retroactos annos muti fuerat, dixit: **Quo-**  
**niam** sapientia aperuit os miterum: & linguas infantium fecit disertas. Deus ergo, à quo solo virtutem dignè illum laudandi accipimus, est qui solus nobis, postquam peccauimus, labia aperit, ut illum dignè laudare valeamus. Sed quia non aperit labia, nisi cui peccata remittit: hinc est, quod prius petiit se à sanguinibus liberari, & continuò quid inde sequatur, adiunxit, dicens. Domine labia mea aperies. **Quibus** verbis innuit, liberationē à peccato esse clauem, qua labia sua, quæ hactenus clausula tenebat, aperire possent. Cùm ergo ait, Domine labia mea aperies: quod lucrum ex remissione sui peccati oriatur, ostēdit. Forte Dauid cùm amore Bethsabee captus tenebatur, cātica aliqua in laudē illius edidit: sicut

Sap. io.

mos est mulierularum amatoribus: & ideo ait.  
Os meum annunciat laudem tuam. Tuam,  
inquam, non mulieris illius, quae me sua falla-  
ci & vana pulchritudine decepit. Illam enim  
libentiis nunc & iustiis vituperarem: quip-  
pe quae tanti peccati fuit caput & origo, quae  
mihi mellita venena propinavit: quaquam  
fortissimo telo, contra me dæmon pugnauit.  
Melius mihi fuisset luminibus orbari, quam  
eam inspexisse. Vtinam tam honesta, quam  
pulchra fuisset. Pugnasset utique honestate  
sua, & peccati vias præclusisset. Si restitisset il-  
la, destituisse forsan ego, sicq; obuiatum es-  
set peccato. Quam grata mihi tunc fuit cōsen-  
tiēs, tam ingrata est mihi, eo q; non dissensit.  
Quid ergo nunc laudabo in tanta fragilitate,  
inconstantia, in honestate? Verum nolo lon-  
gius in illam inuehi: ne hac occasione, à tuarū  
laudum præconio cessem. Nam ad hoc solū,  
peccato dimisso, labia mihi aperire postulo:  
vt os meū annunciet laudētuā. Tuā (inquam)  
dō cuiusquam alterius hominis: quoniam il-  
le si laudandus esset (quod maximè diffiteor)  
post huius vitæ consummationē laudandus  
venit: cùm videlicet peracto certamine, vi-  
ctor ex harena discesserit. Esto, homo laude  
dignus sit: laus tamē illius nihil mihi prodes.  
se potest, obesse autem multum. At laus Dei  
mul-

multū nobis proficit: quoniam impedit, ne in  
 peccatum præcipites tuamus. Sic enim domi-  
 nus per Esaiam promittit, dicens. Laude mea Esai. 4.  
 infrænabo te, ne intereas. Quibus verbis satis  
 apertè innuit, hoc præstare laudē Dei nobis,  
 quod frænum equo. Fræno autem coercetur  
 equus, ne quo cunq; libuerit, currat. Et qui in  
 laudibus Dei exercetur, quasi infrænatus co-  
 libetur, ne se in vitiorum præcipitia dedat.  
 Et ob hanc causam Dauid ait. Os meum an-  
 nunciabit laudem tuam. Tuam (inquam) nō  
 meam: quoniā te aperiente labia mea, ex ore  
 meo laus mea prodiit non poterit. Nō enim  
 tu mutorū ora aperis ad peccatum, sed ad iu-  
 stitiam. At scipsum ore proprio laudare ini-  
 quitas est maxima: teste beato Iob, qui ait. Si Job. 31.  
 osculatus sum manum meam ore meo, quæ  
 iniquitas est maxima: & negatio contra Deū  
 altissimū. Per manū, operatio, per os, locutio  
 designatur: quoniā manu operamur, ore autē  
 loquimur. Manū ergo suā ore proprio oscu-  
 lari, est opera sua ore proprio laudare: quoniā  
 osculum in signū amoris infigitur. Manū suā  
 osculatur, qui suis operibus afficitur. Quæ au-  
 tē amat, vix fieri potest, ut ea non laudet. Sed  
 hoc iniquitatem esse maximam dicit Iob, &  
 negationē contra Deum altissimum. Negare  
 namq; Deum videtur, qui de bonis operibus

qui fecit, gloriā, quam Deo reddere debuīset, sibi tribuit. Et hēc est iniqūitas maxima, scilicet, non agnoscere beneficium. Propter hoc ergo Dauid nullius alterius laudē se annunciaturū spōndet, quām Dei: à quo quicquid boni est, proficiisci non dubitat, dicens. Os meum annunciat laudem tuam. Te solū laudabo: quoniam sicut tu solus bonus es, ita solus laude dignus. Nihil est in homine aut quavis alia re quod laude dignum sit, nisi quod tuum est. Te decet laus, te decet hymnus: & ideo os meum annunciat laudē tuā. Sed quam sis annunciaturus laudem, dic iam.

**Psal. 62.** Dauid. Quoniā melior est (inquit) misericordia tua super vitas, abia mea laudabūt te. De prēmio, quod sanctis suis daturus est Deus, illum laudasse videtur. Nam prēmium illud, hic misericordiā dixit: quoniā in illo solo est omnis diuinæ erga nos misericordiæ cōsummatio. Parū certè prodeſſet q̄ cōditi ſumus, q̄ nobis totū hūc viſibilē mundū condidit, q̄ pro nobis homo fieri voluit, pro nobis vagiuit, esuriuit, ſitiuit, laſſatus est, mortem deniq; pro nobis tubire dignatus est, niſi etiā ſua clara viſione beatet. Illud ergo prēmium, quod ſuis sanctis daturus est deus, cūm ſit totius miſericordiæ ſiniſ, & in quē tanquā in ſcopū, reliquæ omnes in iſericordiæ tēdūt, merito hi appell-

appellat misericordiā. Et hanc dicit exceedere omnem huius mundi vitam quamlibet felicē. Melior est (inquit) misericordia tua super vitas. Vitas dixit plurali numero: propter variā vitæ genera, aut viuendi modos. Alius vivit ex equestri militia: alius ex rusticatione: alius ex mercatura: alius ex literatura. Sit tamen quantumlibet felix aliquis eorum viuēdi modus: non est tamen vel de longinquō cū beata illa & perenni vita conferendus. Ideo ait. Quoniam melior est misericordia tua super vitas, labia mea laudabunt te. Nunquā à tua rum laudū præconio cessabo. Propter illud sine pretio pretiabile præmiū, quod præparasti diligētib[us] te: quod melior est, quām quæ ait huius mundi vita. Hæc enim vita turbationem habet: illa quietē. Hæc tristitia: illa lātitia. Hæc morbis plurimis est subiecta: illa omni morbo carēs, perpetua salute fruitur. Hæc sepe bellorū tumultus experitur: illa gaudet pace perpetua. Hæc denique semper est cum timore: illa secura statione perpetuò firmatur: quoniam vita hæc, morte finitur: illa autē finem nescit, sed vita est sempiterna. Ut ergo te perpetuò laudare valeam, precor te, ut mihi vitam illam tribuas: per merita Iesu Christi filij tui. Quitecum & cum Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

## Homilia vigesima secunda.

*Quoniam si voluisses sacrificium dedissem  
utique holocaustis non delectaberis.*

**Q**uoniam solam laudem deo se pro peccatis suis Dauid oblaturū spō ponderat: ob quam causam in auctoritate suspitionē apud aliquos forte venire poterat, q̄ solū verbis, & non sacrificijs aut vīctimis Deum placare voluerit: ut hanc suspicionem propelleret, causam cur non etiam sacrificia promiserit, aperit: dices. Quoniam si voluisses sacrificiū dedissem utique holocaustis non delectaberis. Ac si dicaret. Parum mihi fuisset qui rex sum, & optimis censibus diues, centenos arietes aut virtuosos tibi offerre, ut peccatum meum expiaret. Verūm quia optimè scio minime tibi huiusmodi sacrificia placere, neq; per illa sacrificia peccata mea posse expiari, illatibi offerre cōtempsi. Quibus verbis, veteris legis sacrificia esse prorsus inutilia, aperit ēstatis declarauit. Illorum sacrificiorum inutilitas inde conuincitur, q̄ nec Deo, nec hominibus proderant. Nā quo pacto prodeste poterant Deo, quem omnes creaturæ aperto ore satētur nostris bonis non indigere? Si enim ille creatura aliqua indigeret, infinitus non esset. Si aliquod elem̄

Iumentum ex creatura aliqua capere posset,  
 fieret inde, ut non esset necessarium & æter-  
 num quicquid in Deo esset. At si necessarium  
 non est & æternū quicquid in Deo est, opor-  
 tet ut Deus mutabilis sit, cum illi aliquid ad-  
 uenire possit. Deus autem mutabilis non est. Ne-  
 cessarium ergo est quicquid in illo est, & æter-  
 num, perinde atque ille. Si necessarium est &  
 æternum quicquid in se continet Deus: con-  
 sequens est, ut nullam utilitatem ex omni-  
 bus creaturis capere possit: cum illae contin-  
 gentes sint, & temporarie. Et haec est una &  
 non infima causa, propter quam veteris le-  
 gis sacrificia reiecit Deus: ne forte in hunc er-  
 rore homines inducerentur, ut putarent Deum  
 huiusmodi animalibus, quae sacrificabantur,  
 indigere, cum videtur illū talia à nobis exi-  
 gere. Hoc enim in alio quodam Psalmo ipse  
 met aperuit: in quo veteris legis sacrificia sper-  
 nus, ait. Non accipiam de domo tua vitulos, Psa. 49:  
 neque de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ  
 sunt omnes feræ syluaruin, iumenta in mon-  
 tibus, & boues. Cognoui omnia volatilia ecce-  
 li: & pulchritudo agri in eum est. Si esuriero,  
 non dicā tibi. Ac si aperte diceret. Si aliqua re  
 indigerem (indigentiani si quidē hic appellauit  
 esuriem) tu indigentiam talem supplere non  
 posses, Ut autem ostenderet se nullo egere, sub-

junxit. Meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Vides qualiter sacrificia illa spernit Deus, tanquam quæ in nullam sui utilitatem cedere poterat? Sed neque homini ad illius animæ salutem ullo pacto proficiebant: quoniam nec peccatum expiabant, nec gratiam, nisi bono offerentis affectu interueniente, promerentur poterant. Sacrificia non posse mederi peccatis: testatur beatus Paulus in ea, quæ est ad Hebræos, Heb. 10 epistola: dicens. Impossibile est enim sanguinem taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo Psal. 39. ingrediens mundum dicit. Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, ecce venio. Non est certe possibile sanguinem taurorum aut hircorum aut cæterorum animalium aliquid efficeret in anima peccatoris ad peccatorum abolutionem: quodivæ fieri nequit, ut res corporæ, qualis est sanguis taurorum & hircorum, in anima hominis, quæ spiritus est, reali (vt ita loquar) operatione, aliquid efficere possit. Esto, etiam sanguis in animam aliquid possit operari, non tamen eo usq; pertinget, ut peccatum delere possit. Nam cum peccatum (iuxta omnium ferè theologorum sententiam)

nihil aliud sit post elapsum peccati aetū, praeter obligationem ad mortē eternam subiectam: consequens est, ut is merito peccatum delere dicatur, qui ab huiusmodi mortis sententia liberauerit peccatorem. Nullus autem peccatorem ab hac mortis sententia eripere potest, nisi qui sententiam semel latam infringe re potest: aut is, qui precibus suis iudicem ad misericordiam flectere valeat: aut qui deo propter peccati offendam potest satisfacere. At cum nihil horum sanguis animalium praesta re possit, fit, ut neque peccatum delere, aut expiare valeat. Nam horum primum, soli deo conuenire potest: quoniam cum ille superiorem nesciat, non est qui sententiam ab eo latam infringere valeat. Sicut enim ille solus damnare potest ad mortem: ita solus potest revocare ad vitam. Ille solus est qui occidit: Deu. 13. solus qui vivere facit. Alterum, solus Christus homo efficere potest: quoniam cum hic solus Dei amicus ex hominibus inventus fuerit: solus ex hominibus in quo sibi bene complacuit: Mat. 17. solus etiam hic pro alijs intercedere potuit. Solus hic est, quem (ut ait Paulus) proposuit Ro. 5. Deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius. Aliud etiam, videlicet pro culpa satisfacere, sanguinis animalium praestare non potuit: quoniam cum hic minimae sit virtutis,

pro

# HOMILIA

pro tanto debito satisfacere non valebat. Nā  
debitum ex culpa lethali contractum, infini-  
tū hac ratione esse constat: quōd pœnæ æter-  
næ est deputatus, qui lethaliter peccat. Fieri  
ergo non poterat, vt sanguis animalium pro  
debito infinito satisfaceret. Propter qđ deus  
irridens Iudæos, qui peccantes putabant se

**Hier. ii.** huiusmodi sacrificijs mundari, ait. Nunquid  
carnes sanctæ auferent à te malitias tuas in  
quibus gloriata es? Veteris ergo legis sacri-  
ficia peccata delere non poterant, neq; ani-  
mas iustificare. Quod autem Paulus de iis lo-

**Gala. 3.** quens ait, Qui fecerit ea, viuet in eis: non de-  
spirituali vita intelligendum est: quasi per il-  
la sacrificia acquireretur gratia, quæ vita est  
animæ: sed de corporal vita est intelligen-  
dum, ita, vt is, qui iuxta legis cæremonias  
sacrificabat, corporis vitam habuisse dica-  
tur: quoniam mortem euadebat, quam qui  
non sacrificabat, subire ex lege tenebatur. A-  
lioqui si data esset lex quæ posset viuiscare,  
**et. 13. C** ex lege esset iustitia. Si em̄ lex quæ per Moy-  
sen data est, posset hominos ab interna mor-  
**et. 13. M** te, quam propter primorum parentum pec-  
catū & suum incurrerant, liberare: tunc sine  
dubio, veram iustitiā lex ipsa posset confer-  
re, per quam homines regno ecclorū effice-  
rentur idonei. At si ex lege esset iustitia (vt  
optimè

optimè beatus. Paulus argumentatur) Christus gratis mortuus esset: hoc est, sine villa causa & absque villa utilitate: cum sine morte Christi lex iustificare potuisset. Sed nullus est tam impudens, ut afferat Christum frustra esse mortuum: fatetur ergo necesse est, legem non potuisse homines iustificare. Et quia sacrificia illa inutilia erant: quippe quæ nec homines iustificare, nec peccatum expiare valebant: ideo filius Dei homo factus, pro nobis sacrificium in ara crucis fieri dignatus est. Etho est, quod Paulus supra ex libro psalmorum sub Christi nomine dictum, interpretatus est. Holocaustum & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi. Ecce venio. Quia enim viderat illa veteris legis sacrificia Deo non esse placita, nec Deum in illis sacrificijs posse placari, scipsum in corpore assumpto obtulit: ut inde sacrificium fieret, quod Deum facilius placare posset. Et ut hoc insigne & illustre sacrificium prænunciaret & figuraret, data sunt illa veteris legis sacrificia. Nā illa sacrificia, figuræ & umbræ, & quasi quedam huius sacrificij; promissiones erant. Omnia enim animalia, quorum sanguine emundationes siebant, Christi figuram gesserunt: cuius sanguine omnes mundati sumus ab omnibus peccatis nostris.

E qui-

ORI LACUNA HOMILIA IV.

Equibus (ut reliqua omnia præterea) vnu  
solum in exemplum adducam: quod Christi  
figuram cæteris omnibus multo clarius ex-  
pressit: Vacca scilicet, quæ comburebatur, ut  
ex ea sacrificium fieret, quo purificaretur is,  
qui aliqua legis immunditia inquinatus fuist.

Nu. 19. set. Præcipe (inquit) filiis Israel, ut adducant  
ad te vacca ruffam ætatis integræ: in qua nul-  
la sit macula: nec portauerit iugum: tradetisq;  
eam Eleazarо sacerdoti: qui eductam ex-  
tra castra, immolabit in conspectu omnium:  
& tingens digitum in sanguine eius, asperget  
contra fores tabernaculi septem vicibus: com-  
buretq; eam cunctis videntibus: tam pelle &  
carnibus eius, quam sanguine & simo flam-  
mæ traditis. Lignum quoq; cedrinum & hyssopum  
coccumq; bislinatum sacerdos mit-  
tet in flammanum quæ vaccam vorat. Hæc in  
lege veteri siebant ad emundationem carnis,  
& figurat ea, quæ in lege gratiæ, sanguis Chri-  
sti in animabus fidelium operatur. Vacca hæc,  
humanitatem Christi significat, quæ meritò  
sexu fœmineo vacca & non bos nominatur,  
propter eius fragilitatem & infirmitatem: quo  
niam iuxta hæc (ut ait Paulus) Christus mor-  
tuus est. Ruffa dicitur: propter colorem, quo  
infecta fuit caro ipsius, sanguine suo tincta.  
Ætatis integræ esse præcipitur: & Christus

tri-

trigintatrium annorum vel paulò amplius erat quādo affixus fuit cruci. Hæc Christi humanitas nullam habuit maculam iniquitatis: neq; ullum portauit peccati iugum. Vacca illa tunc immolanda extra castra duci iubebatur: & Christum crucifigendum eduxerūt extra portas ciuitatis Hierosolymæ. In quæ locum ipse lubens exiuit: ut nos à conuersatione mundi quasi à ciuitate secum abduceret. Ibidem vaccam immolabat in cōspectu omnium: & Christum in oculis solis huius cruci fixerunt: videntibus omnibus. Nam crucifixus fuit in meridie: & die solenni, videlicet paschate, quo mors illius celebrior esset, & à pluribus conspici posset. Eleazar sacerdos, qui tingens sanguine vaccæ digitum, aspergit septies contra fores tabernaculi, veros noui testamenti sacerdotes designat: qui Christi passi vestigia sequentes, illiusq; passionem imitari cupientes, alios de vera fide instruūt: ut dei filium verē pro nobis in cruce passum suisse firmiter credant. Nam si tabernaculum figurat ecclesiam hanc militarem, fores tabernaculi fidem meritò significabunt, per quam in ecclesiam intramus. Quod autē septies aspergi iubetur, septiformis spiritus gratia denotatur, quæ fidem recipienti promittitur. Qui Ioan. 3. credit in me (inquit veritas) flumina de eius ventre

H O M I L I A

vētre fluent. Vt autē nobis dubitare non lice-  
ret de quibus fluminibus fuiſſet locutus, cōti-  
nuo pōst Ioānes euāgelista interpretatus est:  
dicēs. Hoc autem dixit de spiritu quem accē-  
pturi erant credentes in eum. Sed hæc vacca  
immolata, vt cunctis videntibus combura-  
tur, præcipitur: nec solum caro ipsius & pel-  
lis, sed sanguis illius & simus flaminis & tradi-  
iubetur. Quibus verbis admonemur, vt om-  
nia, quæ de huius vaccae immolatione dicta  
sunt, ad spiritualem intelligentiam referamus,  
vt profectum aliquem inde capere possimus.  
Quod enī in crematur, consumitur, & in ignē  
vertitur. Cremari ergo hæc omnia iubentur:  
quia consumpto literæ cortice, qui nullius fer-  
mè est valoris, ad spiritualem intelligentiam  
illa omnia conuictere debenū. Ignis enim  
spiritum sanctum designat: quapropter lite-  
ratuſ tunc cremari igne dicetur, quoniam iuxta  
spirituale intellectum declaratur. Pelis, exte-  
riorē Christi cōuersationē significat: sanguis,  
interiorē. Simus, passiones & ignominias il-  
lius denotat: quod videlicet esfuriuit, sitiuit, laſ-  
sus est, vagiuit, fleuit, quod opprobriū homi-  
nū & abiectione plebis factus est. Hæc omnia  
per simum abiectionis merito significari  
posunt. Sed hæc omnia, igne cremari iubentur:  
quia hæc omnia, quæ Christus in suo cor-  
pore

pore gesit, per latentē in eo diuinitatis spiritū fuisse disposita, credere tenemur. Nihil enim fuit in Christo tā abiectum & cōtēptibile, quod si spiritualiter intelligatur, nō sit ex-eclsum & gloriosum. In flammā, quæ vaccā vorabat, mitti iubentur hyssopus, lignū cedri nū, & coccus bis tinctus. Hyssopus interiora corporis purificans, fidem denotat: quæ (iuxta beati Petri testimonium) corda purificare Act. 15. nouit. Lignum cedrinum, quod in altū se tollit, significat spem, quæ ad sola cœlestia erigēda est. Coccus bis tinctus, ignea charitas est quæ dupli amore, Dei scilicet & proximi, tingitur. Hyssopum in vaccæ sacrificia mittit, qui deum pro nobis fuisse passum firmiter credit. Lignum credrinum mittit, qui in solo dominicæ passionis merito, omnem suā spē collocat. Coccum bis tinctū apponit, qui propter tā immēsum beneficium, deum (ut decet) amat: & proximos suos diligit, etiam inimicos: Christum imitatus, qui pro nobis inimicis, mori dignatus est. Huius vaccæ immolatæ cineres miscebantur aqua, quæ dicebaf aqua expiatiōis: quia per illius aquæ aspersio nē, purificabat q̄ immūd⁹ erat. Et Ch̄rō mortuo, ex ei⁹ latere fluxit aqua, quæ gratiā sacra mētorū designat, per quā omne peccatū expiatum. Hoc igitur verū fuit sacrificiū: Christi scilicet,

# HOMILIA

scilicet, innocentis passio. Nam hoc, deo maxime placuit: hoc, Deus placatus est. Hoc, nostra peccata deleuit: hoc, nos iustificauit. Hoc sacrificium Christus deo patri pro nobis offerre dignatus est: quia vidi omnia veteris legis sacrificia esse prorsus inutilia: quippe quae spirituali hominum saluti nulla ex parte prodeesse valebat. Quod si illa, hominis peccato mederi potuissent, mors Christi non fuisset necessaria: quo fieret, ut quemadmodum Paulus colligit) Christus frustra & sine causa mortuus censeretur. Non enim fuisset opus Christum mori, si lex hominem peccato mortuum suscitare potuisset.

**4 Re. 4** Si baculus Helisæi potuisset contactu suo filium viduae defunctum suscitare, ipse Helisæus non venisset. Quia verò puer Helisæi missus cum baculo non valuit defunctum puerum suscitare, ipse Helisæus venire dignatus est, seq; super mortuum sternens, atque ad illius membra se colligens, huc illucque deambulans, & in ore mortui aspirans, illum ad rediuiuam lucem protinus animauit. Puer mortuus, humani generis in morte peccati iacentis figuram gerit. Puer cum baculo sequitur: quia Christus post Moysen & legem venit. Sed puer cum baculo suscitare mortuum non valuit: quia (iuxta Pauli sententiam) lex ad perfectum neminem perduxit.

xit. Helisæus autem postea veniens suscitauit puerum : quia Christus in fine legis incarnatus apparet, humanū genus ab eterna morte suscitauit. Non venisset Helisæus, si illius baculus puerum suscitare valuisse: nec venisset etiam Christus, si lex vivificare, aut peccata delere potuisset. Christi ergo incarnation & passio, veteris legis sacrificia inutilia fuissent cōvincunt. Et ob hanc causam, vero sacrificio præstito, fuerunt merito reprobata. Quoniam cūm omnia illa nil aliud essent quam vmbrae quædam & promissiones futuri sacrificij: necessarium fuit, ut succedente luce, vmbrae decederent, & promissionis obligatio cessaret. Qui enim aliquid promittit, semper promissionis obligatione constringitur, donec satis promissioni fecerit: cūm autē quod promisebat dederit, nulla est iam illius promissio. Nā & verba mutat, quibus loqui confuerat: quoniā non dicit, dabo, quod antea se daturū dicebat: sed dicit, dedi. Ad hunc modum, illa veteris legis sacrificia tanquam verba promissiuā ablata sunt: quia exhibita est veritas promissa, idest, sacrificium Christi, quod per ea promittebatur. Et haec est causa, propter quā cūm illa Deus prius iussit, postea prohibuit. Ex his prosternuntur Ebion & Cherintos, qui homines ad veteris legis ceremonias &

sacrificia cogere volebant: dicentes legē Moy  
si non esse Christi morte abrogatam, sed po-  
tiūs confirmatam. Hos enim nūc spiritu pro-  
phetico redarguit Dauid: quum afferit deuin  
illis sacrificiis non delectari. Quoniam si vo-  
luisses (inquit) sacrificium dedisse vtiq;: ho-  
locaustis non delectaberis. Verūm hīc percō  
tari libet: si illa veteris legis sacrificia inutilia  
erant, cur Deus ea præcepit? Si nec peccata  
delere, nec animam iustificare, nec deum pla-  
care poterant, cur illa sibi immolari ius sit?  
Nunquid gratis & sine causa id fecit? Absit,  
vt deum sine causa aliquid fecisse dicamus:  
quem omnia maximo cum iudicio dispone-  
re & regere scimus. Dupli ex causa deum il-  
la sacrificia mādasse, sanctorum autoritas tra-  
dit. Vna, vt Iudeos ab idolatria, ad quā pro-  
ni erant, quam & in Aegypto didicerāt, auo-  
caret. Vidēs enim deus illos ad sacrificia pro-  
nos, ne illa idolis offerrent, quemadmodum  
gentes facere videbant, Deus pientissimus il-  
lis se attemperare voluit: & præcepit, vt sacri-  
ficia illi offerrent. Et hanc ipsam causam De  
expressit, qui postquam totum sacrificiorū

Leui.17 ordinem præscripsérat, subiunxit. Et nequa-  
quam ultrā immolabunt hostias suas dæmo-  
niis, cum quibus fornicati sunt. Quibus ver-  
bis causam cur ea sacrificia deo offerre præce-  
perit,

perit, aperuit, ut videlicet in illa occupati Iudei, ab omni idolatriæ sacrificio seipso ab stereret. Bene autem fornicationis nomine idolatriam appellavit: quia cum animas nostras Deus sibi in sponsas assumperit, fornicari me ritò dicetur, quisquis alium quam deum adorauerit. Altera causa cur Deus haec sacrificia præcepit, est: ut de carnalibus victimis, quasi per typum & imaginem ad spirituales hostias transiremus. Hanc igitur Deus nobis occupatione dedit, ut videlicet inuestigaremus, quid sub illis sacrificiorum inuolucris lateret, quis spiritus illa corpora animaret. Quia enim carnales sumus, voluit Deus huiusmodi carnibus oblectamētis, ad agnitionem spiritus mentes nostras allicere. Et propter has causas, lex vetus bona dicitur, & sancta: quanuis nec iustificare hominem poterat, nec hominum peccata expiare. Quia enim homines ad sanctitatem velut pædagogus ducebat, quanuis sanctificare non poterat, sanctam illam fuisse beatus Paulus censet. Nos ergo, qui veteris legis sacrificia sub cortice literę pretiosam mendillam continere non dubitamus, illam perscrutari studeamus. Literā dimittamus, quoniā litera occidit spiritū queramus, quoniā spūs est qui iuificat. Sacrificia illa tāquā inutilia rejiciamus: qm̄ illa nihil animæ nostræ  
2. Co. 3.

prōdēsse possunt. Verum sacrificium, videlicet Christum crucifixum quāramus: quoniam hoc est quod verē Deū placare potest. Hoc est, per sanguinē crucis suā pacificauit siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Hoc est, quo peccata nostra, quæ in vngue adamā tino scripta erāt, deleta sunt. Hoc est, quod solos nos iustos fecit. Hoc est, quod nobis omnibus gratiam promeruit. Hoc est, quod nobis paradisi portam, quam peccatum clauserrat, aperuit. Per huius deniq; merita, nos omnes speramus æternam assequi beatitudinē. Quam nobis præstare dignetur ipse met: qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

## Homilia vigesima tercia.

*Sacrificium Deo, spiritus cōtribulatus: cor cōtritū & humiliatū Deus nō despicies.*

Quibus veteris legis sacrificijs tanquam inutilibus reiectis, ne quis de Deo male sentiret, illum durū, intractabilem, & morosam cēsens, quod nec sacrificijs placari possit, nec ullis munieribus flecti, nunc quod sit Deo acceptabile sacrificium, exprimit dices. Sacrificium Deo, spiritus cōtribulatus. Ad eundē modum

cum

cum Deus per Esaiam Prophetam abnūisset  
sacrificia, & holocausta, & oblationes, adhuc  
etiam & neomenias, & sabbata, & Calendas,  
& solennitates, & reliquam consequētē his  
obseruationem, continuo subiecit, pandens  
quæ essent salutaria & illi accepta sacrificia.

Lauamini, inquit, mundi estote: auferte ma- Esaic. i.  
lum cogitationum vestrarum ab oculis meis.

Quiescite agere peruersè: discite benefacere.

Quærите iudicium, subuenite oppresso, iudi-  
cate pupillo, defendite viduam. Quibus ex-  
plicatis, illorum vtilitatem illico eppressit, sic  
inquiens. Si fuerint peccata vestra sicut cacci-  
num, quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint ru-  
bras sicut vermiculus, velut lana alba erant. Si  
enim irascens, ut cæci Iudæi putant, hæc Ju-  
dæorum sacrificia Deus reieceret: tanquā qui  
indigni essent consequi misericordiam eius,

non vtiq; eisdem ipsis suaderet, per quæ salua-  
ri possent. Sed quoniam Deus illorum miser-  
atus hæc fecit, & inutilia sacrificia abnuit, &  
quæ essent vtilia ostendit, dicēs. Sacrificium  
Deo spiritus cōtribulatus. Hoc est Deo acce-  
ptabile sacrificium: cum totum nostrum spi-  
ritum, intellectum videlicet, memoriā, & vo-  
luntatē illi offerimus. Intellectū illi sacrificat,  
qui illū cogitat, illius mysteria scrutatur. Me-  
moriā Deo offert, qui sic beneficiorū illius re-

cordatur, ut nullo temporū volumine ingratia subrepatur obliuio. Voluntatem deo sacrat, qui deo totos tribuit affectus: ut illū toto corde, tota mente, tota anima diligat. Hoc sacrificium eō veteris legis sacrificia superat, quod cūm in se sit nobilissimum, multò facilius à quolibet offerri potest, & deum melius placare valet. In huius sacrificij electione, deus suā benignitatē & misericordiā multū commēdasse videtur: cūm illi tale placuit eligere sacrificiū, quod nemo præstare non possit. Nā multi adeō inopes sunt, vt nec vitulum, nec arietem, nec turtures, aut colubas, quae pauperum hostia sunt, offerre valeant. Et propter hanc causam in lege euangelica, quae plena est pietatis & misericordiæ, nihil horum à nobis exegit Deus. In omni autem lege, cor no-

Pro. 23. strum a nobis petiuit, dicens. Fili præbe mihi cor tuum. Et hoc facile est sacrificium: quoniam ut homo seipsum deo offerat, nullæ diuitiae sunt necessariæ: quo fit, ut nemo ab obligatione propter inopiam excusari possit. Tale elegit pientissimus Deus sacrificiū, quod diuitibus & pauperibus esset commune: quod etiam quilibet facilimè præstare posset. Nullus est enim, qui si eum deus adiuuerit (adiuuat autem semper) deum diligere, illique servire, & omnia illius mandata custodire non possit.

possit. Hoc autem faciens, seipsum Deo sacrificat. Sacrificium salutare (inquit Sapiens) est eccles. 39.  
 discedere ab iniuitate. Hoc autem quam sit facile, Deus ipse testatur: qui postquam praecesse dederat, quibus illi seruietes vitam promitteri possumus eternam, continuo adiecit. Deuteronomio 30  
 datum hoc quod ego praeceperim tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, nec in celo situm, ut possis dicere, Quis nostrum valet in celum ascendere, ut deferat illud ad nos,  
 ut audiamus atque opere compleamus? Neque trans mare positum, ut causeris & dicas, Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos usque deferre: ut possimus audire & face-  
re quod praeceptum est? Sed iuxta te est ser-  
mo valde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. Et ipse pietatis fons ait. Iugum meum 1. Cor. 3. Mat. 11.  
 suave est: & onus meum leue. Cum ergo tam facile sit hoc sacrificium, reprehensione dignus meritum censebitur, qui illud deo offerre contempserit. Si alicui praecepiatur ieiunium, causari potest suam infirmitatem & imbecillitatem. A peccato autem (deo praescitum iuuante, qui semper iuuare est paratus) se non posse abstinere, nemo vere dicere poterit. Si alicui dicatur ut nudus operiat, aut esurienti porrigit panem, & sicuti potum: iusta poterit esse excusatio, q[uia] facultates unde

id facere posse, non habet. At non posse pauperum necessitati compati, nec posse cordeflere super eo qui afflicatus est, nemo est qui credat. Si mihi aliquis dixerit se propter corporis debilitatem non posse aut vigilare, aut peditem longa percurrere spacia, credam illi. Si autem dixerit se Deum diligere non posse, nullus sanæ mentis credet. Quoniam (ut beatus Augustinus ait). Nihil est tam in potestate voluntatis, quam ipsa voluntas. Et iterum. Voluntas imperat sibi & alijs. Facillimum ergo est hoc spiritus sacrificium, quod nemo est, qui propter paupertatem, aut corporis debilitatem, aut aliam quamlibet corporis impotentiam, praestare non possit. Est adhuc altera & maior huius sacrificij laus: quod vide licet nullum est sacrificium æquè Deo acceptum. Nullum est sacrificium (Christum semper excipio, qui pro nobis sacrificium factus, omnia alia sacrificia logissimo interuallo antecurrit) quod Deum iratum æquè placare valeat. Propter quod eleganter, simul & religiose, mihi dixisse videtur Baptista Matuanus, cum in libro de contemnenda morte dixit.

*Virga recons Zephyris, nervo curuabitur arcus.*

*Igne chalybs, Adamas sanguine, corde Deus.*

Causam autem huius inquis fortè requirat, eam nunc illi exhibere placuit. Deo enim magis

gis acceptū est id quod quisq; ex suo offert,  
quām quod de alieno. Propter quod Sapiens  
ait. Honora deum ex tua substantia. At nihil Pro. 3.  
a quē nostrum dici potest, ac mens nostra, in-  
tellectus videlicet, memoria, & voluntas, quo-  
niā his pro libito vti possūmus. Hæc nun-  
quam nos deserunt: sed quocunq; tendimus:  
semper nos comitantur. Illa verò quæ extra  
nos sunt, semper morientes deserunt, & raro  
viventes comitantur: quo fit, vt nostra ve-  
rè dicere non possūmus. Qui ergo esurienti  
panem porrigit, & sitienti potum, deum in  
paupere honorasse videtur: sed quasi de alie-  
na substantia. Qui autem Deum semper co-  
gitat, beneficiorum illius semper recordatur,  
& illum (vt decet) amat, de sua substantia deū  
honorat, de sua substantia illi sacrificium fa-  
cit. Et quia de propria substantia, ideo deo ma-  
gis acceptabile est sacrificium. Et hæc est po-  
tissima causa propter quam vidua paupere-  
la, quæ duo æra minuta in templo obtulerat,  
a Christo redemptore nostro plus omnibus  
obtulisse iudicata est: quia videlicet deus ma-  
gis ex affectu, quām ex opere, oblationem  
pensat. Viduæ autem pauperculæ affectus,  
reliquis omnium offerentium affectibus vel  
ex eo maior fuisse conuincitur, quod illi om-  
nes ex abundantib; miserunt in inuera dei:  
• 9b 1V)

hæc

## H O M I L I A

hæc autem vidua, ex eo quod deerat illi, omnem victimum suum quem habuit misit. Hinc est etiā, quod cum Saul de seruata cōtra Dei mādatum præda victimas se velle Deo offer

i.Re.15. re Samueli respōdisset: dixit illi Samuel propheta. Melior est obedientia quam victima: & auscultare, magis quam offerre ad ipsē arietum. Melior quippe est obedientia quam victimam: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò, voluntas propria sacrificatur. Eò igitur facilius per obedientiam Deus placatur, quò ante Dei oculos melior nostra voluntas, quam aliena caro aestimatur. Optimū igitur sacrificium quod quis Deo offerre potest, est spiritus proprius. Hunc autem Deo offert: cùm illum (vt diximus) cogitat, beneficiorum illius recordatur, illum totis visceribus diligit. Sed hæc homo peccator p̄stare non potest: nisi prius spiritum suum cōtribulauerit, cor suum contriuuerit, & humiliauerit. Vix enim fieri potest, vt homo pondere suorum peccatorum grauatus, qui ad instar iumentorum pronus spectat in terram, sublimia illa & cœlestia contemplari possit. Deinde qui laqueis diaboli, vt Paulus ait, captiuus tenetur ad ipsius voluntatem, vix fieri potest, vt Dei recordetur. Qui deniq; terrena hæc concupiscit, illaq; ardenter amat, Deū

(vt de-

(vt decet) diligere non potest; quoniam affectus illius velut palatum infectum, dulcia reputat amara, & amara dulcia. Ut ergo haec omnia plenè præstare possit peccator, oportet illum prius spiritum contribulare, cor cōterere, & humiliare. Spiritum cōtribulatum habet, qui malè aëtorum poenitens, doloribus quasi quibusdam tribulis animam suam pungit. Cor cōtritum & humiliatum habet, qui sic de præteritis dolet, vt Dei præceptis in posterum se subdere satagat. Nam (iuxta beati Hieronymi interpretationem) illi cor cōterunt, sed non humiliant, qui peccata quæ commiserunt, deflent: sed tamen eadem committere, etiam post fletus, non timent. Ille ergo cor contritum & humiliatum habet: qui & de peccatis commissis dolet, & ne in alia iterum labatur, cauet. Et qui hoc facit, suauissimi odoris sacrificium Deo offert. Nam aromata quanuis integra cùm sunt, suauem aliquem odorem spirent: tunc tamen nimium redolere incipiunt, cùm franguntur, & conterruntur usq; ad puluerem. Sic etiam cor hominis integrum & durum, nullum prouersus esse bonum spirat odorem. Quod si dolore aliquo remisso & tepido (quæ theologis scholasticis appellare placuit attritionē) cōteratur, quandam boni odoris fragrantiam, quanuis remissam,

remissam, deo reddit. Si verò integro (vt dicit) dolore fuerit contritum: tam suauem spiritat odorem, vt nullum aliud boni odoris genus possit ex cogitari (Christi passionem semper exceptam esse velim, cui nihil est quod possit vel ex longinquo comparari) quod sit deo magis acceptum. Bene ergo Dauid post quam veteris legis sacrificia reiecerat, sacrificium, quod deum placare, & nostra peccata expiare valeret, expressit, dicens. Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum deus non despicies. Hoc sacrificium, figurat illa turturis oblationis, cuius ritu in

**Leui. 1.** & ceremoniam postquam Moyses descripsit, continuò de illa subiunxit. Holocaustū est, & oblationis suauissimi odoris domino. De illius autem turturis oblatione tale preceptū habetur. Offeret eam (inquit) sacerdos ad altare, & retorto ad collum capite, acrupto vulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem, siue fundamentum altaris. Vesiculam verò gutturis & plumas proiiciet proprie altare, ad orientalem plagā, in loco, in quo cineres effundi solent. Confringet ascellas eius, & non secabit, nec ferro diuidet eam. Et adolebit super altare, lignis igne supposito. Holocaustū est & oblationis suauissimi odoris domino. Turtur, quæ gemere, non canere non uit,

uit, figura est pœnitentis: qui sicut antea exul  
tabat in rebus pessimis, nunc recogitat annos  
suos in amaritudine vitæ suæ: & propter pec-  
cata que se commisisse meminit, quasi lucidū  
vnigeniti facit planctum amarum. Sacerdos,  
qui hanc turturam offert, prædicator est, qui  
peccatorem docet & monet: siue ipse met pec-  
cator, dum de profectu suo satagit, & mētem  
suam per exteriora prius euagantem ad se-  
ipsam redire compellit. Huius turturis caput,  
ad collū retorqueri iubetur: vt corpus suum  
respicere videatur. Primum enim quod pec-  
cator, qui ad deum conuertio optat, facere de-  
bet, est, vt alijs relictis, in seipsum vertat ocu-  
los, & statum suum consideret. Videat vn-  
de, & quo deiectus est, quanta bona amisit,  
quanta mala inuenit. Caput autem sic retor-  
tum non est omnino abrumpendum, neq; à  
corpore protinus separādum: quia mens, quæ  
in capite significatur, non omnino est à car-  
nis cura abstrahenda. Oportet enim peccatō-  
res modum tenere, cùm carnem suam afflige-  
re satagunt: quia vt (iuxta apostoli cōsilium)  
sint castigati, & nō mortificati carnem suam  
reprimere oportet, non extinguere. Hoc au-  
tem fiet, si carni sola necessaria tribuantur,  
non autem superflua. In necessitatibus ergo  
est illi prouidendum. Rupto vulneris loco,  
iube.

# HOMILIA

iubetur, ut sanguis decurrat & defluat super fundamentum altaris. Altare, nostrum cor est, in quo Deo spiritualia immolamus sacrificia. Huius altaris crepido siue fundamentū (quod idem in hoc loco esse vel ex eo constare potest, quod septuaginta basim pro crepide posuerunt) est Christus saluator noster:

**2. Co.3.** de quo Paulus ait. Fundamentum aliud nemō ponere potest, præter id quod positiū est: qui est Christus Iesus. Sāguinem significare appetitum, iam aliàs me dixisse nemini: quoniam sicut vita carnis in sanguine est, sic vita animæ in appetitu. Si carnali appetitu regitur, vita illius carnalis erit: si autem appetitu ducitur spirituali, vita illius etiam spiritualis erit. Sanguis ergo, qui rupto vulnere à corpore ad fundamentum decurrere iubetur, significat, quod appetitus & amor noster, qui per pœnitentiam à carnalibus recedit, in Christum transire debet: ut deinceps cum Paulo

**Gala.2.** dicere valeat, Viuo ego iam nō ego, viuit vero in me Christus. Iubet deinde lex, ut vesicula in gutturis, & plumas sacerdos projiciat ad orientalem plagam, in loco, in quo cineres effundi solent. Cùm in gutture verba formetur, quid gutturis vesicula significabit, nisi tu morem, qui de eloquentiæ pompa oriri soleris? Plumæ, quæ auem in altum subleuant, & qui-

& quibus avis in aere suspenditur (quantum ego capio) omnem superbiæ occasionem, ex qua ipsa superbia fouetur, & nutritur, significant. Plumæ, sunt diuitiæ: quoniam hæ plurimū superbiæ fauent. Plumæ, sunt scientiæ omnes: quoniam scientia inflat. Plumæ, sunt omnes corporis dotes, & gratiæ: prout sunt, pulchritudo, robur, agilitas, & aliæ id genus, quæ non modicam superbiæ materiam ministrare solent. Sed hæ plumæ simul cum vesicula projici iubetur: quia non solum ipse superbiæ tumor est abiiciendus, sed omnis etiam superbiæ occasio reiicienda. Sed quod ad orientalem plagam in loco, in quo cineres effundi solent, plumæ projici iubentur, non vacat mysterio: quoniam in eo factò totius superbiæ & elationis antidotum nobis insinuat. Nā in illis duobus, duo totius nostræ virtutis fines significantur, natiuitas scilicet, & mors. Orientalis plaga, natiuitas est hominis, à qua, vita humana oritur habet & initium. Locus, in quo cineres effundi solent, sepulturam denotat. Nam si corpus in mortuum cinis dicitur: locus, in quo huiusmodi cinis recondi solet, sepultura meritò dicetur. Vesiculam ergo gutturis & plumas projicere ad orientalem plagam in loco, in quo cineres effundi solent, est natiuitatem nostram, & sepulturam confi-

considerare, ut omnem superbiæ tumorem à nobis excludere valeamus. Nihil enim æquè iuuat ad superbiam reprimendum, quam si consideret quisq; suæ natuitatis & mortis cōditionem: qualis videlicet fuit cum natus est, qualis etiam post mortem futurus sit. Nullus est qui de eloquentia gloriari audeat, si considerauerit se elinguem natum, nec verba proferre scientem. Nullus de scientia aliqua inflabitur, si consideret se cum natus fuit adeò suis se ignorantē, ut bruto fuerit simillimus. Quis de dotibus corporis gloriabitur, si diem mortis & sepulturæ ob oculos suos semper constituere voluerit? Ibi enim talis non erit, quale modo se esse inaniter gloriatur. Ibi enim iacebit corpus deformē, absq; vlla pulchritudine, absq; robore, sine agilitate, sive vlla deniq; corporis dignitate: ut intelligat superbus, non à suo corpore, sed aliunde mutuata fuisse illa, de quibus tam vanè gloriabatur. Nullus est etiam (ut æstimo) adeò demens, qui si bene suam natuitatem & sepulturam considerauerit, de divitijs suis superbiat. Nihil enim in hunc mundum intulimus, haud dubiè nihil inde auferemus. Vesiculam ergo & plumas projicit ad orientalem plagam, in loco, in quo cineres effundi solent, qui natuitatis sua & mortis conditionem bene considerās,

omnem

omnem superbiæ tumorem à se abijcit. His itaq; omnibus peractis, oblatio est & holocaustum suauissimi odoris domino: quoniam nihil eque fragrat Deo in odorem suavitatis, quam si peccator malum actorum pœnitēs, cor suum, quod ante dæmoni & mundo & carni dederat, illis omnibus reliftis, Deo totū offratur. Merito ergo Dauid ait. Sacrificium Deo, spiritus contribulatus: cor cōtritum & humiliatum Deus non despicies. Tu ergo, qui Deū totis peccatis te offendisse agnoscis, si illū placare optas, noli querere sacrificiorum multitudinem: cum apud te habeas, quo illū placare possis. Offer illi cor tuum: facies ex illo hoc locauustum, si illud totū in igne diuini amoris consumperis. Offer illi intellectū tuum, qui semper Deum & eius bonitatē cogitet. Offer memoriam: ut illa, in beneficiorū Dei recordatione, tota expendatur. Offert illi voluntatem, ut illum toto corde diligas. Cum te pecaſſe memineris, omnem a te reiiciens latitudinē, planges & gemes, ut turtur. Curā carnis non facies in deliderijs suis. Omnes plumas, hoc est, omnem superbiæ elationē, omnēq; illius occasionem a te abijcas. Ut autē hoc facileius præstare possis, cōſiderabis nativitatis tuæ & mortis conditionem: ita, ut qualis natus sis, qualisq; post mortem futurus, semper

memineris. Nam & hoc plurimum iuuat ad omnem superbiæ tumorem reprimendum. Hoc sacrificio placabis sic Deum , ut omnia facilè tibi condonet peccata , & gratiam tribuat,qua gloriam deniq; assequi possis semper eternam: per merita Iesu Christi domini nostri , qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

## Homilia vigesimaquarta.

*Benigne fac domine in bona voluntate tua  
Siō : vt ædificantur muri tui Hierusalē.*

**Q**ui nimium anxie rem aliquam defiderat , nihil intetatum relinquit, vt illam assequatur. Si illam a quo quis alio petere est neceſſe , & suo nomine impetrare non sperat, nomine aliorum, quos amicissimos esse credit, petere satagit: confidens, q̄ illius animum facile amicorum merita flectere poterūt, vt suis petitionibus annuat. Sic enim nūc Dauidē fecisse censeo. Hic enim cūm misericordiā à Deo sibi dari optaret, prius illā suo nomine petiit: dicēs. Miserere mei Deus secundūm magnā misericordiā tuā. Merita sua, quibus Deū ut id faceret, persuadere posset, obtulit: dicēs. Quoniam iniuitatē meā ego cognosco: & peccatū meū contra

tra me est semper. Sua peccata, quæ etiam de  
 culta esse credebat, proderet nō erubuit: quod  
 clarius & illustrior Dei iustitia omnibus vi-  
 deretur: & Deus vicitur evaderet, cum illū ad  
 iudicium quis vocare voluisse. Nam hīs me-  
 ritis (si merita dici possunt) Deus ad miseri-  
 cordiam flecti solet. Verum quoniam suis me-  
 ritis non visq; adeò fidit, ut illis intercedētibus  
 misericordiam quam optat, se posse alleq; ai-  
 credat, nomine illius supernæ ciuitatis Hieru-  
 saleth, quam Deo gratissinam & perpetuā  
 amicitia foedere iunctam esse optimè nouit,  
 a nunc misericordiā petitr; dicens, Benignè sae-  
 domine in bona voluntate tua Sion: ut edifice-  
 tur muri tui Hierusalem. At si diceret, Nisi tu  
 cū hac inferiore & militante ecclesia, quæ per  
 Siō significata est, benignè egeris, muri illius  
 supernæ Hierusalem, qui olim corruerunt, re-  
 ædificari nō poterūt. Lepides, qui ad Floram  
 ædificationem sunt necessarij, ex hac inferio-  
 ri ecclesia, tāquam ex quadā lapidicina, sunt  
 desumēdi. At lapides omnes, qui in hac Sion  
 reperiri possunt, ad tam magnificum ædifi-  
 cium, quale est in illa superna Hierusalē, quæ  
 mater est nostra, iudicabūtur in digni: nisi tu  
 benignè cum illis egeris, illos tua benignissi-  
 ma misericordia dignos faciens, qui tam ma-  
 gnifico ædificio cōgruāt. Ut igitur mūsi alij,  
 mol

quos olim corruisse non dubito, reædificen-  
tur, te benignè agere cum peccatoribus opor-  
tet. Sed vt hæc clariùs innotescant, oportet,  
ut ostendamus structurā illius supernæ ciui-  
tatis Hierusalem, deinde ruinam murorum:  
postea illorum reædificationem, & vnde sint  
reædificandi: demum ostendere oportebit,  
quantum sit Dei misericordia ad huiusmodi  
reædificationem faciendā necessaria. Quòd  
autem illa cœlestis patria, nomine Hierusa-  
lē significetur, testatur Paulus, qui de illa ita

**Gal. 4.** ait. Illa autē quæ sursum est Hierusalē, libera  
est: quæ est mater nostra. Libera quidē: quia  
nulli malitiæ aut corruptioni subiicitur. Et  
ipsa nominis interpretatio illi supremæ habi-  
tationi aptissimè eōuenit. Nam Hierusalem,  
visio pacis interpretatur: & illa cœlestis pa-  
tria, tanta pace fruitur, vt omne bellū nesciat;  
quoniam nullus est ibi hostis, qui beatos inua-  
dere possit. De struētura ergo ciuitatis illius  
loquentes, eas solas ciuitatis partes explicabi-  
mus, quas beatus Ioannes in Apocalypsi de  
illa loquens, explicuit. Nam quod ille sub-  
ticuit, quis erit tam temerarius, vt ad illud ex-  
primendum, se idoneum esse censeat? De il-

**Apo. 21.** la cœlesti Hierusalē beatus Ioannes loquens,  
ait: totam illam esse aurum mundum simile  
vitro mūdo. Magnifica quidem materia, qua  
boni

lem regia illa ciuitas requirebat. Sed id ad-  
 uertendum est, quod ad maiorem materiae  
 commendationem, aurum illud, ex quo cui-  
 tatem constructam esse dixit, non qualem-  
 que esse ait, sed aurum mundum, & simile  
 vitro: ut claritatem simul & perspicuitatem  
 illius supernae ciuitatis ostenderet. In auro e-  
 nim, claritas denotatur: in vitro, perspicuitas.  
 Nam aurum cætera omnia metalla excellit  
 in fulgore & valore. Ob quam causam auri  
 nomine, charitas significatur sæpe in sacris li-  
 teris: quoniam hæc (iuxta Pauli sententiam) 1. Col. 3.  
 reliquias omnes superat virtutes. Sic enim ac-  
 ceperit beatus Ioannes, cum in eadem Apoca-  
 lysi Angelo Laodiciæ, qui se diuitem & nul-  
 lius egentem iactabat, ait. Suadeo tibi eme-  
 re à me aurum ignitum, probatum, ut locu-  
 ples fias. Nam charitate sola locupletamur:  
 & hanc precibus & gemis, & vita melio-  
 ris proposito, à Deo emit peccator: quoniam  
 præter hæc nihil ab illo requirit clementissi-  
 mus Deus, qui benorum nostrorum non in-  
 diget. Superna ergo Hierusalem, aurum di-  
 citur: quia tota illa in vera charitate, Dei vi-  
 delicet & proximi dilectione occupatur. Sed  
 non qualemque aurum esse dicitur, sed au-  
 rum mundum: quia charitas, quæ in illa bea-  
 ta ciuitate habetur, ab omni peccatorum for-  
Apo. 3.

de estrepurgata; nihil de hac terrestri cōver-  
fatione habens admixtum. Quia in re ostēdit  
beatus Ioannes, quantum illa cœlestis & vi-  
ctrix Hierusalem, hanc terrestrem & militan-  
tem excedat. Quoniam & si hæc inferior &  
militans ecclesia, aurum sit, non tamen plenè  
purgatum: quia iusti, qui in ea sunt, quamli-  
bet charitate ferueant (Christum & eius ma-  
trem cum de peccatis mentionem fecero, Au-  
gustinum imitatus, semper excipio) omnes  
se peccatum habere fatentur. Et si hoc nega-

I. Ioān. rent, seducerent seipso (vt ait beatus Ioānes)  
& veritas in illis nō esset. Charitas enim, quæ  
in hac vita habetur, semper habet quandam  
peccatorum venialium scoriam admixtam.  
Et si hæc deesset, quod raro, aut forcè nunquā  
continget: illa carnis molestia, quæ semper  
spiritui repugnat, illum semper ad malum so-  
licitans, ne dicam, impellēs, facit vt charitas,  
qua Deum iustos in hac vita diligit, non sit  
ad eo vt oportebat perfecta, non sit plenè pur-  
gata ab amore huius terrestris habitationis:  
quoniam quadam anima est corpori coniuncta,  
Et a, oportet vt aliqualem illius curā habeat:  
quo fit, vt quandiu intra mortale hoc corpus  
vixerit, Deum toto corde diligere non pos-  
sit. At charitas, quam habent ciues illius su-  
pernae Hierusalem, nullam admittit peccato-  
rum

rum scoriam, nullam carnis aut alicuius alterius rei terrestris sustinet curā: ob quam causam beati, qui illam charitatem possidēt, toto corde, & toto affectu diligūt Deum, in illum tota mente ferūtur. Bene ergo dicitur de illa ciuitate, quod ipsa sit aurum mundum: quia tota illa ciuitas est clara, micante auro. Sed q̄ aurum illud vitro simile esse perhibetur, huc tendit: vt innuat, in illa beata ciuitate omnium corda esse sibi inuicē manifesta. Vitri enim natura hoc habet, vt oculis obiectū, nihil aut parum impedit, quo minus oculi videat ea quae post vitrum collocata sunt. Est enim vitrum perspicuum: & ob hanc causam quidquid intra vitrum continetur, latere non potest, sed patet oculis intuentium. In alijs autē metallis siquid in illis continetur, sic absconditur, vt nū inimicē videatur. Charitas, quae in hac vita possidetur, aurum est, sed simile vitro non est: quoniam iusti, qui illam habent, corda sua viciſſim intueri non possumunt. Charitas cuiuslibet in hac vita existentis, sic omnes latet, vt nemini pateat. Sicut enim nemo de seipso scit an odio vel amore dignus sit, ita nec de quoquis alio. Quandiu anima nostra hoc tenebroſo & corruptibili tabernaculo includitur, aliorū aut cogitationes, aut affectus intueri nō possumus. De hoc tēpore locutus

1. Co. 2. est Paulus, cùm ait. Quis scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Hæc ergo ciuitas inferior quāvis aurum sit, non tamen simile vitro: quoniam in sti, qui in ea viuunt, & si charitate fulgeat, sua tamen corda mutuò videre non valent. At superna illa & beata ciuitas, aurum mundum dicitur simile vitro mundo: quoniam beati omnes, qui in illa perenniter viuunt, maximo charitatis splendore fulgent, & suorum cordium claritatem alternis inspiciunt. Ibi enim cuiuslibet animus sic patebit alteri, ut illum corporis moles ab aliorum oculis absconde re non possit. Et (ut verbis beati Gregorij in moralibus vtar) sic unusquisq; tunc erit conspi cabilis alteri, sicut nūc esse non potest conspi cabilis sibi. Et ob hanc causam, ciuitas illa similis vitro esse dicitur, quia beatorum corda ad instar vitri perspicua esse creduntur. Ciuitas ergo illa, in qua omnes sancti tanta claritate fulgent, tanta perspicuitate translucent, quæ sua singulis corda manifestat, ex auro facta esse dicitur simili vitro mundo: ut in auro illius claritas, in vitro perspicuitas designetur. Magnifica quidem materia: sed mate-

Apo. 21 riam superat opus. Ciuitas in quadro posita est: quoniam longitudo, & altitudo, & latitudo æqualia sunt. Latitudo pertinet ad charitatem,

ritatē, de cuius latitudine propheta loquens  
 ait: Latum mandatum tuum nimis. Et iterū. Psal. 118.  
 Statuisti in loco spacio pedes meos. Pedes Psal. 30.  
 nostros in loco spacio statuit, cùm nobis a-  
 micos & inimicos diligere præcepit. In loco  
 angusto pedes suos statuerant qui dicebant;  
 Diliges proximum tuum, & odio habebis ini- Mat. 5.  
 micum. Latum nimis est mandatum, quod à  
 suo ambitu neminem excludit, neq; etiam  
 inimicum. Latum nimis est mandatum, quod  
 ad omnium, etiam inimicorum dilectionem  
 se extendit. Altitudo pertinet ad contempla-  
 tionem; propter quod propheta de illo, qui  
 deum scrutari nititur, & non valet, loquens  
 ait. Accedet homo ad cor altum, & exalta- Psal. 63.  
 bitur Deus. Tunc enim homo ad cor altum  
 accedit, cùm alta dei mysteria contemplari  
 nititur. Sed tunc exaltatur Deus, ut se nostra  
 contemplatione altiore ostendat. Altitu-  
 do & latitudo sunt aequalia: quia quantū quis  
 que in illa beatitudine deo cognoscit, tam  
 amat: quia nihil in illo contemplatur, quod  
 non sit dignum amari. Longitudo, ad tempo-  
 ris imensitatem refertur. Sic enim sapiens  
 appellavit æternitatem, dicens. Longitudo die Pro. 31.  
 rum in dextera eius. Longitudinem dierum,  
 dixit æternitatem. Hæc autem longitudo æ-  
 qualis est latitudini & altitudini: quoniam in  
 -2103- 11.09.1874.1.29

# H O M I L I A

tota illa dierum longitudine, non desinere  
deum contemplari, & diligere. Quam longa  
est æternitas, tam longa erit visio & dilectio.

**Apo. 21.** Hæc ciuitas duodecimi portas habere dicitur:  
ab oriente portæ tres : & ab aquilone portæ  
tres : ab austro portæ tres : ab occasu portæ  
tres. Ad quamlibet mundi plagam portas ha-  
bere dicitur, ut ostendatur illius ciuitatis in-  
gressum nulli nationi aut genti esse denega-  
tum. Nulla est enim gens tam fera: nulla na-  
tio tam barbara, cui( si deum veneretur & il-  
lum toto ut decet corde diligat ) non pateat  
introitus in illam sanctam ciuitatem. Quod  
autem tres portæ ad quamlibet mundi plagā  
distribuntur, significat neminem posse in-  
gredi in illam sanctā ciuitatē, nisi qui fidē san-  
ctissimę trinitatis suscepere. Vel ideo tres por-  
tæ esse dicuntur: quia tres sunt virtutes: videli-  
cet fides, spes charitas, quæ nos ad vitā beatā  
introducunt. Sed hæ portæ clausæ esse dicū-  
tur: ut nullus illuc intrare possit, qui illius ciui-  
tatis pacē perturbare valeat. Claudi sunt beati  
in illa ciuitate, non ad custodiæ pœnam, sed  
ad quietem & securitatē. Hinc est q̄ propheta  
beatos omnes admonet, ut deum propter  
immensum hoc quod illis contulit beneficium  
**ps. i47.** laudare non cessent: dicens. Lauda Hierusalē  
dominum: lauda Deū tuum Sion. Quoniam

con-

confortauit seras portarum tuarum: benedi-  
 xit filij tuus in te. Seras confortauit, cùm eas  
 ne amplius aperiri possent, firmavit. Nam se-  
 ra ad hoc in porta ponitur, ut intrandi licen-  
 tia denegetur. Cùm ergo seras confortatas es-  
 se dicit, clausas esse illius beatæ ciuitatis ia-  
 nuas ostendit. Et hoc factum esse constat,  
 quando virgines illæ prudentes, quæ paratæ Mat.25:  
 erant, intrauerunt cum sponso ad nuptias.  
 Tunc enim sponsus clausam fuisse ianuam di-  
 xit. Clusa quidem est ianua illius supernæ  
 ciuitatis: ut nullus sanctorum inde exire, nec  
 aliquis peccator illuc intrare possit. Muri il-  
 lius ciuitatis ex lapide iaspide esse dicuntur.  
 Et erat structura muri eius (ait Ioannes euani-  
 gelista) ex lapide iaspide. Muri illius ciuita-  
 tis sunt beati, qui in tanta bonæ operationis  
 firmitate persistunt, vi iam inde amoueri non  
 possint. Sed isti muri ex lapide iaspide esse di-  
 cuntur: quia de firma bonorum cœlestium  
 spe, peruenitur ad constantem & perpetuam  
 possessionem. Merces siquidem & præmiū  
 spei, est possessio: nec ullus unquam cōstanter  
 possidebit, nisi qui firmiter sperauit. Spes au-  
 tē in lapide iaspide significat: quoniā lapis hic  
 viridis est coloris: & spes natuā quādā habet  
 viriditatē, ita ut arida esse nō possit. Propter  
 qđ beatus Petrus vocauit spem viuam: quia 1.Pet.  
 semper

semper viuit in spe fructus habendi: quod si  
vita non esset, spes non esset. Structura ergo  
muri ciuitatis est ex lapide iaspide: quia iu-  
stus omnis, qui in structura illius ciuitatis po-  
ni debet, oportet ut prius in viriditate boni  
propositi, & firma bonorum cœlestium spe  
perseuerauerit. Qui in bono proposito exi-  
stit lapis est ad structuram murorum aptus: si  
in eodem bono proposito persistit, in structu-  
ra murorum ponetur. Quod si à bono pro-  
posito semel cœpto desistit, reprobabitur tā-  
quam indignus: quoniam structura muri il-  
lius ex lapide iaspide fieri dicitur. Et ob hanc

**Eze. 28.** causam, Lucifer ille, qui in ornamēto suo om-  
nem lapidem pretiosum habebat, cum omni-  
bus suis asseclis reprobatus est, & illo ædifi-

**Ioan. 8:** cito iudicatus indignus: quoniam (ut ipsa veri-  
tas ait) in veritate ille nō sterit. Conditus qui-  
dem in veritate fuit à Deo, sed in illa non per-  
mālit. Conditus quidē in veritate: quoniā (ut  
beatus pater Augustinus ait) Creavit deus an-  
gelos, simul in eis cōdēs naturā, & largiēs gra-  
tiā. Sed quia gratiā aut viritatē quam à Deo  
acceperat, peccādo amisit, veriditatē iaspidis  
non habuit: & ideo reprobatus est ab illa mu-  
rorum structura, in qua nullus nisi perseue-  
rans reponitur. Non quod in illa murorum  
structura vñquam repositus fuerit: sed quia  
ad il-

ad illam si perseverasset, deputatus erat. Et ob hanc causam, muri illius ciuitatis corruisse dicuntur: non quod aliqua murorum pars corruerit, sed quia lapides, qui ad horum murorum structuram conditifuerant, corruerunt. Alioqui si iam in structura murorum locati fuissent, cadere non potuissent: quoniam quicquid in illa ciuitate semel repositum est, iam perpetua securitate sic firmatum est, ut perire non valeat. Sed quoniam angelis cadentibus, murorum structura non fuit consummata, aliunde lapides deus sumere decreuit, qui illi aedificio congruerent, & illud consummare valerent. Homines igitur creauit, ut in locum angelorum subrogarentur. Non tamen omnes homines illi aedificio conueniunt: quoniam eorum multi sunt tanquam lapides rudes, qui nunquam fuerunt per virtutum laborem & exercitium politi. Et ob hanc causam ab illa structura rejiciuntur tanquam indigni. Soli iusti, qui in virtutibus meditationi sunt, illuc collocauntur. Hi enim soli sunt, quibus beatus Petrus ait. Vos tanquam lapides viui coaedificamini in aedificium dom<sup>9</sup> spiritualis Dei. Hi sunt lapides illi, de quibus dicitur. Tensionibus presaritis, expoliti lapides, suis coaptantur locis, per manum artificis: Disponuntur permanenti sacris aedificiis.

Ante enim quam in structura cœlesti reposantur, prius Deus lapides in hac vita polit laboribus, afflictionibus, tribulationibus, & angustijs. Qui ergo in illo supernæ ciuitatis ædificio collocari optat, oportet ut se prius poliri permittrat: tribulationes illum sustinere est necesse. Alioquin tanquam lapis rudis & iniuste politus reprobabitur. In hac vita poliuntur, ut tandem in alia vita in illo cœlesti ædificio reponantur. Tunc enim poliendi tempus non est, sed construendi. Propter quod merito in figura dictum est de domo illa, quam

- 3.Re.6. Salomon ædificauit deo de lapidibus dolatis atq; perfectis, q; malleus, & securis, & ferramē tum non sunt audita cùm ædificaretur. In lapidicina, ubi lapides dolabātur, malleus & ferramenta erant, sed cùm in ædificio lapides possebantur, malleus non erat: quia in lapidicina fuerant lapides plenè dolati, & politi: ut nūl postea poliendum restaret, cùm instruera disponebantur. Vita hæc præsens, quasi quædam lapidicina est, vnde homines exciduntur permortæ. Vita hæc præsens quædam Iatonia est, in qua homines a vitiorū ruditate dolātur & poliūtur: ut in illa supernæ ciuitatis structura iuxta suū cuiusq; meritū collocentur. Hic malleus tribulationis auditur: quoniam hoc malleo lapides poliūtur; ut sic dolati, hinc

hinc ad ædificiū trāsferātur. Illic , malleus nō  
 auditur: quoniā nō eget malleo aut alio quo-  
 uis ferramērō quod illuc deportatū est , cùm  
 sit iā perfectē dolatū & politū. Illic enim nul-  
 la est afflictio, nullus dolor, nullus luctus, nul-  
 la famēs, nulla sitis, nulla mors , nulla deniq;  
 tribulatiō, quoniā omnia hæc iā abierunt, &  
 noua facta sunt omnia. Hic ergo deponere  
 oportet omnē malitiæ ruditatē: vt sic dolati,  
 in structura illius supernæ ciuitatis collocati  
 mereamur. Hic ad tēpus lugere oportet: vt il-  
 lic consolationē perpetuā habeamus Hic es  
 tiamus & sitiamus : vt illic perpetuō satie-  
 mur. Hic laboremus: vt illic sine fine quiesca-  
 mus. Vnde non paruam solatiō occasiōnē ex  
 ipsa tribulatiōne afflictissimus quisq; capere  
 potest, si consideret, quòd illa tribulatiō est  
 quoddā futuræ quietis pignus. Ad hoc enim  
 Deus flagellat filium , vt flagellis emēdatus,  
 dignus fiat qui ad hereditatem admittatur.  
 Ad hoc Deus nos hic per flagella tundit, vt  
 postea in superno illo ædificio sine vlla disci-  
 plinā & percussione iuxta cuiusq; nostrū meri-  
 ta disponamur. Quo fit, vt tribulatiō ipsa sit  
 quasi quidam futuræ consolationis nuncius: Tob. 3.  
 quoniam deus post tempestatem tranquil-  
 lum venire facit. Sed quoniam ( vt beatus Rom. 8  
 Paulus ait ) non sunt condignæ passiones  
 huius

huius seculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, benignè Deus cum hominibus, præsertim peccatoribus, facere oportet, ut illos etiam post multas huius vitæ tribulationes, ad perpetuam illius supernæ ciuitatis quietem transferre dignetur. Nullus est enim lapis quamlibet dolatus atq; politus, quem si Deus ad nimis exactum iustitie gnomonem examinare voluerit, non possit iustissime reprobare. Non est enim homo qui nō peccet: nec infans, cuius est unius diei vita super ter-

**Pro. 24** ram. Nam iustum, de qua in ius suspicari poterat, septies in die cadere dixit. Ecce enim

**Job. 14.** qui seruiunt ei, non sunt stabiles (ait Job) & in angelis suis repperit prauitatem: quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenū habent fundationem, consumentur velut à tinea? Si angeli, qui à carnis contagione naturalib[er]i sunt, peccauerunt: quanto magis homines, qui carnis molestiam ad malum semper allientem & impellētem sustinent, pec-

**Job. 25.** care credendum est: Ecce luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius:

quanto magis homo putredo & filius hominis vermis? Neq; enim tota ecclesia, neq; singulorum iustorum mentes à peccatorū sorribus mūda reperiuntur, si deus illos omnes remota pietate iudicare voluerit. Propter quod

David

Dauid etiam cum peccata sua a deo sibi donata esse sciebat, in alio quodam psalmo precatur deum, dicens, Non intres in iudicium Psa. 142  
 cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et ob hanc causam Dauid nomine illius ciuitatis supernae Hierusalem, nunc petit, ut deus benignè faciat huic inferiori ecclesiæ, quæ per Sion significata est: quoniam nisi id fecerit, muri illius ciuitatis supernæ nunquam ædificabuntur. Omnes enim (ut ait Paulus) peccauerunt. Rom. 3  
 & egerunt gloria dei. Omnes enim egerunt benignissima, & nunquam exhausta dei misericordia, quæ gloria est eius. Magna quippe dei gloria est, quod peccatores tolerat, eos non statim dignis vitionibus puniens. Maior, quod poenitentibus peccata condonat. Maxima, quod gratiam deinde tribuit, qua vitam eternam promereri possint. Omnes igitur haec dei gloria (illus videlicet misericordia) egerunt, quia omnes peccauerunt. Benignè igitur & misericorditer cum hominibus Deum facere oportet, si aliquos in illam supernam ciuitatem, in qua nihil inquinatum intrabit, vult introducere. Deus ergo cum sit benignissimus, ut nos in illam supernam Hierusalē, quæ est mater nostra, introduceret, benignè nobiscum agere decreuit. Benignè inquam & benignis Julia

Sicut nobiscum fecit, cum pro nobis homo fieri, & homo factus, pro nobis mori dignatus est. Propter nimiam enim charitatem suam, qua dilexit nos (ut ait beatus Paulus) misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Nihil certe benignius esse potuit, quam proprium filium morti tradere, ut redimeret seruum: nec tamen hunc bonum, sed inimicum & ingratum, transfugam.

Rom. 5. & delitorem. Commendat autem charitatem suam deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Benigne etiam Deus quotidie cum ecclesia hac inferiore facit, cum eam de ijs, quando oportet, docet: cum illam inter tot tribulationes positam, per spem futuræ & perpetuae quietis consolatur. Benignissime cum illa quotidie facit, cum peccatores, qui in illa tanquam mali pisces in sagena continentur, toties tolerat, toties ad poenitentiam inuitat, allicit, & impellit: cum poenitentibus peccata dimittit, & gratiam, qua a futuris caerule posse, praestat. Hanc benignitatem, nunc sibi & aliis peccatoribus David postulat, dicens. Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion, ut edificantur muri Hierusalem. In bona (inquit) voluntate tua: ut nos doceret, nihil

nihil boni à nobis ipsis nos facere posse: sed omnia ex dei bona voluntate, qua vult omnes nos saluos fieri, procedere. Benignè igitur fac tu domine, qui pius & benignus es cum peccatoribus: eos non statim puniens, sed patienter sustinens. Benignè fac cum illis, eos, vt peccata sua cognoscant, illuminans. Tu illorum affectum igne tui amoris accende: vt peccata sua plenè (vt decet) odire valeat. Pœnitentibus peccatoribus peccata condona: alioqui solæ nouaginta nouem oves in deferto manebunt, nisi tu centesimam, quæ errauerat, & perierat, super humeros tuos portare dignatus fueris, & ad caulas perducere. Benignè fac domine cum peccatoribus, eos, cum pœnituerint, in domū tuam recipiens: alioqui nunquam implebitur numerus beatorum in superna ciuitate locandus. Benignè ergo & benignissime te facere oportet cum peccatoribus, illis post pœnitentiam gratiam, qua vitam æternam assequi mereantur, tribuens: vt vel sic ex hominibus possint in staurari ruinae illius ciuitatis supernæ Hierusalem. Ad cuius incolatum nos aliquando perducere digneris per meritum Christi filii tui. Qui tecum & cum spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Z 2 Hovaj

autido, impudicitia, iniquitas, iniquus, iniquus,

## Homilia vigesimaquinta.

*Tunc acceptabis sacrificium iustitiae,  
oblationes & holocausta: tunc impo-  
nent super altare tuum vitulos.*

 **M**nium eorum, qui per viam per-  
fectionis incedere sat agunt, pro-  
prius hic genius est: ut manu ad  
aratum semel missa, nunquam re-  
tro respiciat, nec in bono semel accepto siste-  
re velint, sed ad vteriora semper progredi co-  
nentur, ut de virtute in virtutem eunt, vi-  
deatur ab illis deus deorum in Sion. Nam  
sancta illa quatuor animalia, quae iustorum  
figurâ gerere iam suptâ docuimus, coram fa-

**Ezec. 1.** ci sua ambulare (iuxta Ezechielis prophe-  
tiâ) dicuntur. Et beatus Paulus, qui inter per-  
fectos viros meritò censeri potest, dicebat,

**Phil. 5.** Quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea ve-  
tò quæ sunt propria extendens meipsum, ad  
destinatum perlequivor, ad brauium supernæ  
vocationis Dei in Christo Iesu. Ante nos, æ-  
terna sunt, retro autem, temporalia: quia ab  
illis recedentes, ea post dorsum relinquimus:  
ad illa autem pergentes, ea inuenimus Talia  
ergo, quæ post tergum reliquerat, oblitus  
Paulus

Paulus, ad æternā per quirenda se extendebat, ut ad brauium supērñæ vocationis peruenire valeret. Idem nunc in Davide, si attendimus, contemplari possumus. Hic em̄ quā uis non statim, peccato dimissa, fuerit perfectionem assecutus, viam tamen perfectionis statim ingredi cœpit. Et ob hanc causam de Dei misericordia confisus, peccata, quę commiserat, post tergum relinquit: illaque quasi obliuiscens, ad æternam beatitudinem extendit seipsum, de illius statu cogitans & loquens: & ideo ait. Tunc acceptabis sacrificium iustitię, oblationes & holocausta, tūc imponent super altare tuum vitulos. Tunc dico, cūm videlicet ædificaueris muros iustiū superne ciuitatis Hierusalem. Tunc, inquam, cūm lapides dolatos & polatos in murorum structura posueris: acceptabis sacrificium iustitię. Non sacrificia taurorum & vitulorum, quoniam hęc nunquam tibi fuerunt accepta. Hęc enim sola diuina misericordia disponente, sacrificia fuere. Nam hęc (vt alias me dixisse memini) non propter aliquā illis insitam utilitatem à Deo ordinata sunt; sed vt populus ab idolatria, ad quam prius orat, auocaretur, & per illa, in unius veri Dei cultu teneretur. Nulla enim erat ratio, nullumque æquitatis argumentum, vt cū ho-

mo grauiter deliqueret, vitulus aut hircus  
morte plecteretur. Nihil enim commeruit  
ouis innocēs, & peccati nescia, cām homo  
graue aliquod scelus commisit. Et ideo con-  
stat, nil veræ & absolutæ iustitiæ in talibus  
sacrificijs fuisse. At in illa superna Hierusa-  
lem, acceptabit Deus sacrificiū iustitiæ, obla-  
tiones & holocausta. Sed de hoc sacrificio  
iustitiæ, quale sit, alij aliter sentiunt. Quidam  
enim de sacrificio spiritus contribulati hic fa-  
cto intelligunt. Alij de sacrificio illic facien-  
do interpretantur. Illic enim sacrificium erit  
laus, quale Osreas propheta describit, di-  
cens. Omnem aufer iniuriam, & accipe  
bonum, & reddemus vitulos labiorum no-  
strorum.

Osee. 14

Psa. 149

Et in psalmo quadragesimonono-  
dei nomine David ait. Immola deo sacrifici-  
cium laudis, & redde altissimo vota tua. Ille  
sacrificiū laudis deo immolat, qui à terrenis  
vici elongatus, Deum laudat: propter potē-  
tiam, qua omnia alia ex nihilo condidit: pro-  
pter sapientiam, qua cuncta disponit: pro-  
pter pietatem, qua peccatoribus pareit: pro-  
pter immensam eius liberalitatem, qua suis  
ministris amplissimo prēmio donat. Ille deo  
sacrificium laudis immolat, qui illum supre-  
mè bonum credens, super omnia desidera-  
bilia diligit. Deo si quidē dulcisona vox nō  
placet,

placet, sed actus bonus. Hoc igitur est Deo acceptum sacrificium, hoc est holocaustum pingue, ut laudetur deus ab homine, quem creauit, quem morte sua redemit, cui regnum caeleste promisit. Et meritò laus hæc sacrificiū dicitur: quia non solum illud dicendum est sacrificium, in quo peccades inactantur, sed omne sacrum factum quod Deo offertur. Hoc sacrificium incessanter offerunt deo beatí, qui in domo illius sunt: quoniam (ut alibi David ait) in secula seculorum laudabunt Psal. 83: illum. Hoc est sacrificium iustitiae: quoniam iustum est, ut suum conditorem creatura laudet, captiuus redemptorem. Muris illius ei- uitatis supernæ ædificatis, tunc sacrificium laudis (quod iustitiae sacrificium est) Deus ac ceptabit. Acceptabit inquam, tunc sacrificiū illud: quia sanctæ illorū cogitationes nulla terrenarum cogitatione miscebuntur: sed totas eorum cogitationes, totos affectus, Deo incessanter & absqueulla diminutione offrent. Verum qualiter reliqua huius versiculi partes possint iuxta hanc interpretationem his coherere, non facile patet. Nō enim facile est explicare, quā sint in illo sacrificio futuræ oblationes, quā etiā holocausta, præsertim si iuxta sermonis proprietatem, quā postea dicimus, illa omnia sint explicanda. Ideo aliorū

# HOMILIA

expositionem retexam, quæ verba illa de sa-  
crificio in hac vita facta, & in alia accepta  
do interpretatur. Sacrificium (inquit) iusti-  
tiæ, sola Christi passio fuit: quæ tantundem  
redditur Deo, quantum peccatum omnium  
nostrum abstulerat. Satisfecit enim Christus  
moriens Deo pro peccatis nostris (vt no-  
stri theologi docent) adjustitiæ equalitatē: p-  
pter quod non immerito sacrificium iusti-  
tiæ dici potest. Hoc ergo sacrificium iusti-  
tiæ tunc Deus acceptabit, cūm muros Hier-  
usalēm edificabit: cūm homines posthuius  
vitæ angustias & lachrymas ad delectationē  
nūquām finituram transmittet. Verūm hic  
scrupulus non parvus vrget. Quo pacto tu  
dicas sacrificium ilud postea in gloria accep-  
tandum, quasi non fuerit Dōo accepta pas-  
sio filij sui, cum illam in ara crucis idem fi-  
lius patri obtulit? Accepta quidem tunc fuit  
& grata Dōo passio filij sui: sed non tunc red-  
ditum est illi id, ad quod accepta fuit. Ac-  
ceptata tunc fuit à Dōo in voluntate, sed non  
in premij retributione tunc illi redditia: quo  
niam & sic accepta fuit ad gratiam & gloriam,  
nobis per illius merita reddendam: non ta-  
men tunc omnibus, quibus reddenda etat,  
reddita est gratia aut gloria. Tunc ergo demū  
sacrificium iustitiæ Deus acceptasle dicitur:

cūm

cum omnibus in superna ciuitate locatis redita fuerit per merita passionis Christi gloria sempiterua. Eodem etiam modo, tunc Deus acceptabit iustorum hominum oblationes & holocausta, que in hac vita illi oblatas sunt: quia tunc iuxta uniuscuiusque meritum, oblationi & holocausto præmium tribuet. Vtrumque horum Deus acceptabit, oblationes & holocausta. Non enim idem utrumque: quoniam aliud est oblatio, aliud holocaustum. Hoc enim inter oblationem & holocaustum distat: quia omne holocaustum, oblatio & sacrificium est: non tam vice versa, omnis oblatione aut omni sacrificio, est holocaustum. Holocaustum dicebatur sacrificium illud, quo totum igne cremabatur, ita, ut nihil ex eo in sacerdotis usum remaneret: qualis erat oblatione bouis, & ovis, & capræ, tururis, & columbae. Haec enim (ut Leviticus liber narrat) tota Leuit. 1. igne cōburebatur: & ideo holocaustum dicebatur. Nam holocaustum græcum, totum incensum, latine dicitur: quoniam holocaustum, totum dicitur latine: causis, dicitur incensio: & inde holocaustum, dicitur sacrificium illud, quod totum igne consumptum est. Oblatio autem illa dicebatur, quæ non rotata consumebatur igne: sed ex ea aliquid in sacerdotis usum seruabatur. Oblationem facit coniugatus: quia & si aliquam carnis sua lib.

dinem à se auferat, aliquantam en carnis delicias quan-  
tias honestas, sibi seruat. Holocaustū offert verē virgo, qui totam suam carnem sic  
Deo sacranit, ut nullas carnis delicias quamlibet honestas experiri optet. Oblationē facit  
is, quia sua pauperibus distribuēs, parte in aliis  
quam, quā se alere possit, ad vissus suos seruat.  
Holocaustū vero facit, qui vendit omnia quae  
habet, & dat pauperibus, ut liberis Christū

**Mat. 10.** se qui possit, Holocaustū fecerunt apostoli,  
cū relicvis omnibus, secuti sunt Christū. Holocau-  
stū faciunt monachi, qui omnem suam  
supellectilem, & corpus suum, & suam volun-  
tatem sic Deo consecrarunt: vt iam nihil habe-  
re, nihilq; velle possint, nisi quod prelatus, cui  
se vlt̄o libididerunt, illis permisserit: ut eū pro-

**Psal. 72.** p̄feta dicere possint. Ut iumentum factus  
sum apud te. Illi denique oblationem faciūt,  
qui si operātur ea quae deisunt, ut aliqua que  
feculi sunt, non relinquant. Illi vero holocau-  
stū offerant, qui cuncta que mūdi sunt de-  
serentes, totam mentem igne diuīm amoris ac-  
cedat. Et h̄ec sunt illa holocausta, que David  
se oblatum promittit Deo, dices. Holocaustū

**Psal. 65.** flamedullata offeram tibi cū incenso arietū,  
offerā tibi boves cū linceis. Medullata inquit,  
non (ut ita dicā) corticata, qualia fuerunt illa  
veteris legis sacrificia, quæ iuxta solūm littere  
memor

corticem fiebant: quoniam pater caelestis non  
cos querit, qui solo corpore illum adorat: sed  
eos, qui adorat illum in spiritu & veritate: non illos **Ioan. 4.**  
qui adorant in cortice, sed qui adorant in me  
dulla. Et ideo ait. Holocausta medullata offe-  
ram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues  
cum hircis. Quibus verbis tria holocaustorum  
genia, quae de pecoribus fieri lex praeceperat, **Leuit. 1.**  
ad spiritualem intelligentiam fore referenda, ex  
pressit. Boue. s. arietem, & hircum. Bos ad laborem  
prodeste dignoscitur. Ovis aut aries, ad nutri-  
mentum hominum & vestimentum. Nam ex carni  
bus arietis homo nutritur: & ex lana illius, pan  
nus texitur, unde vestimentum conficitur. Ca-  
pra & hircus in altis pascuntur, & acutissi-  
mi visus sunt. Qui totum quem possunt la-  
borem in proximorum obsequia ob Deiamos-  
rem impendunt, bouis immolant holocau-  
stum. Qui autem viribus suis sic destituti sunt,  
ut laborare non possint, sed proximis suis ad  
vitae sustentationem necessaria subministrat,  
quis & arietis faciunt holocaustum. Caprae  
aut hirci holocaustum offert, qui & si in hac  
terra corpore existat, mente tamen in caelestibus  
conversatur: illa toto corde considerat, illa terre  
nis spretis toto affectu diligit. Utrumque horum  
sacrificiorum Deus acceptabit, cum eorum cuilibet  
dignum praemium tribueret dignabitur. Accepta-  
bit

# HOMILIA

bit enim tunc Deus oblationes & holocausta, cū dabit gloriam virginibus, dabit & coniugatis. Oblationes acceptabit, cū dabit gloriam iis, qui sibi necessaria seruantes, de superabundanti eleemosynas propter Dei amorem pauperibus fecerūt. Holocausta acceptabit, quando in gloriam suam introduceret dignabitur eos, qui nihil sibi seruātes, omnia in pauperum usus impenderunt. Oblationes & holocausta acceptabit: quia his & illis gloriā sempiternam tribuet. Non solū acceptat holocausta, sed etiam oblationes: quia non solū virginibus gloriam suam seruabit, sed etiam coniugatis: non solū monachis, sed etiā iis,

Gen. 19 qui extra monachatū sunt. Cū enim Loth Sodomæ incendium fugeret, præcipitur illi, ut montem ascendet, ut in illo posset se ab incendio liberare. Verū cū montis ascensum difficilem reputasset Loth, concessum est illi ab angelo, ut ad parvulam ciuitatem nomine Segor, non longè à Sodoma sitam diuertearet, in qua se posset saluare. In mōte securior fuisset Loth, sed difficilius illuc ascendisset. Ad Segor facilius accessit: & quanuis ibi liber erat, non tamen æquè tutus, ut in mōte securior est virginitas, sed difficilius seruatur. Altius est virginitatis meritum, sed facilius est coniugium. Maius est meritum onus pau-

Peribus impendere, sed facilius est de superabundanti e gentibus distribuere. Illud tutius est, quoniam longius distat ab incendio: hoc facilis, quia minus habet laboris. Illud in monte significatum est, hoc in Segor parua ciuitate. Vtunque tamen Deo miserante salvare potest: quia uterque ex Dei benigna dispensatione est salutis status. Saluatus est enim Loth in parua ciuitate Deo concedente, qui sicut acceptat holocausta, ita etiam oblationes. Sicut maxima quæque merita præmio afficit, ita etiam parua. Cū ergo David ait, Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes & holocausta. Sacrificium iustitiae, ad Christi passionem referendum est. Oblationes autem & holocausta: ad diuersa iustorum hominum merita. Tunc imponent super altare tuum vitulos. Altare hoc Christus Redemptor noster est, in quo sacrificia offeruntur, cum opera nostra iniixa passionis illius meritis Deo sacrantur. Hoc est altare illud, quod dominus in legge de terra facere præcipit, dicens. Altare de terra facietis mihi. Altare de terra factum, est Psal. 84 Christus: quia veritas de terra orta est: & verbum caro factum est. Vituli, qui super hoc altare ponentur, sunt (ut diximus) laudes, quas Deo offerunt sancti, de quibus Oseas propheta dixit: Reddemus vitulos labiorum nostro rum.

# HOMILIA

strorum. Vel per vitulos intelligi potest (& fortè melius) libertas illa, quam beati in patria habēt ab omniseruitute pœnæ & culpæ: quia tunc creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriae filiorum Dei. At vitulus subiectionem nescit, quoniam nō dum iugum suscepit, nec adhuc est aptus laboribus. Propter quod merito libertatem illā significare potest, quæ subiectiōis iugū ignorat. Hos vitulos super altare imponemus, cū bona quæ fecimus in Christi gloriam referemus, ab illo esse cognoscentes quicquid boni operis habuerimus. In hoc altari oblatum munus offerimus, cūm opera nostra, dominicæ incarnationis fide solidamus. Tūc à deo rostrum accipitur: quando super hoc altare, hoc est super Christum, nostra humilitas posuerit quicquid boni operatur, vt inde gratia haurire possit, qua Deo valeat esse acceptum. Possimus adhuc aliter hunc psalmi versiculum interpretari iuxta aliā temporis insinuationem: ita vt, illud temporale aduerbiū, tūc, non significet tempus illud post hanc vitam futurum, quando muri illius supernæ ciuitatis Hierusalem erunt ædificati: sed solum huius vitæ præsentis tempus significet, cūm iam dñs in bona voluntate sua beneficerit Sion. Etiuxta hanc significationem, talis erit illius versi

Rom. 8

versiculi sensus. Tunc cùm benignè feceris in  
 bona voluntate Sion, acceptabis sacrificium  
 iustitiae, oblationes & holocausta. Nisi enim  
 Deus benignè nobiscum fecisset, pro nobis  
 homo fieri, & homo mori dignatus, nul-  
 lum esset hominum sacrificium, quod Deo  
 acceptum & gratum esse posset. Nec pec-  
 catorū omnī pœnitentia, nec virginū casti-  
 tas, nec confessorum lacrymæ, nec martyrū  
 omnium tormenta quamlibet acerba, acce-  
 pta Deo füssent, nisi Christus patiēs pro no-  
 bis intercessisset. Non enim sunt condignæ Rom. 8  
 passiones huius seculi (vt ait Paulus) ad futu-  
 ram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Pas-  
 sione autem Christi interueniēte, factæ sunt  
 dignæ: quoniam Christus saluator noster pas-  
 sione sua hoc meruit, vt iusto bene operanti,  
 gratia & gloria tribuatur. Seclude Christi me-  
 rita, & nullum erit Deo acceptum sacrificiū.  
 Postquam autem Deus benignè fecit cum  
 Siō, pro hominibus homo factus, crucifixus  
 & mortuus: ex tunc coepit acceptare homi-  
 num sacrificia, oblationes & holocausta, quæ  
 antea accepta non erant. Nam quanvis iu-  
 storum opera ante Christi passionem bona  
 fuerint, ac proinde quodammodo deo grata;  
 non tamē sic absolute & exacte & cōsumma-  
 tè erant Deo accepta, vt pro illis tunc gloria  
daretur

# HOMILIA

daretur alicui sempiterna. Nec Abrahæ fides,  
nec patientia Iob, nec omnium prophetarū  
merita ante Christi passionem gloriam obti-  
nere potuerunt: quippe, quia nondum bñi  
gnè Deus fecerat Sion, pro illa moriens. At  
Christo pro nobis mortuo, latronis sacrificiū  
acceptatur: quia eodem die, quo inclinato ca-  
pite Christus emisit spiritum, latro cum illo  
quiescet in paradiſo. Cur hoc? Quia iā Deus  
cum hominibus benignè fecerat, pro illis mo-  
ri dignatus. David ergo hanc Dei benignità  
temp̄ præsentiens, & ab illa totum ferè homi-  
nis meritum profecturū præuidēs, ait. Tunc  
acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes &  
holocausta. Tunc, inquam, cūm benignè fe-  
ceris Sion. Tunc imponēt super altare tuum  
vitulos. Altare Christi crux est: quoniam super  
hanc Christus, qui sacerdos est secundū or-  
dinem Melchisedech, semetipsum obtulit im-  
maculatum Deo. Hoc est mysticum illud al-

Iosue.8. tare, super quod Iosue totum Deuterono-  
miū scripsisse dicitur. Deuteronomiū græ-  
cè, secunda lex latinè dicitur. Prima lex fuit  
lex Moysi. Secunda est lex euangelica per  
Christum data: & hæc proinde est mysticū  
Deuteronomium. Hoc mysticum Deutero-  
nomium super altare scribitur, dū Christus  
saluator noster, qui totam legem in se cōtine-  
bat,

bat, cruci affigitur. Christo enim cruci affixo,  
 duo charitatis precepta, ex quibus tota lex  
 pendet, hominibus ostenduntur. Super hoc  
 altare holaines imponunt vitulos: cum pro  
 amore Christi carnem cum vitijs suis crucifi-  
 gunt. Nam caro nostra vitulus est: quoniam  
 sicut hic iugum non nouit, liberè discurrevit, un-  
 dique saliens: ita caro nostra omne laboris iu-  
 gum rejeicit, discurrere per delicias satagit. Pro  
 pter quod Hieremias ijs qui carnis delicias  
 querunt loquens, ait. Effusi estis sicut vituli  
 super herbam. Hos vitulos super crucis altare  
 ponere, est carnem ieunijs, vigilijs, flagellis  
 sic affligere, ut omnis illa lasciuia moriatur &  
 pereat. Sed ne in huiusmodi sacrificio, aut  
 oblatione erremus, carnem magis quam decet  
 affligentes, modum, quo id recte facere possu-  
 mus, Moyses nos docet, cum de vituli obla-  
 tione loquens, ait. Detracta pelle hostiae, artus  
 in frusta coincident, & subiicient in altari  
 ignem, true lignorum ante composita, &  
 membra quae cæsa sunt, desuper ordinantes.  
 Hostiae nostræ pellem deponimus, cum vi-  
 tæ nostræ superficiem rejicientes, interiora  
 illius perscrutamur. Multa nāque bona appa-  
 rent, quæ bona non sunt. Cum aliquis carnē  
 suam ultra modū affligit, bonū se facere cre-  
 dit: quia quandam virtutis speciem aëtus ille

Hie.50.

Leuit.1

A.A habere

## HOMILIA

habere videtur. Sed detracta pelle, nō ita esse  
(vt credit) iudicabit: quoniam oportet carnē  
in seruitutem redigere, non extinguere: opor-  
tet vitia carnis extinguere, non carnē ipsam.  
Propter quod artus in frusta concidi iuben-  
tur: vt videlicet mortificationis nostræ actio-  
nes singulas examinemus, ne sub virtutum  
imagine vitia aliqua lateant. Omnia huius  
vituli membra igne cremanda sunt: quia om-  
nis carnis affectio igne charitatis cremari de-  
bet: vt bona sit, & deo accepta. Omnia mem-  
bra igne comburere dccebat, qui omnia in  
Dei amore in referre monebat. Membra igne  
cremari precipiebat Christus saluator noster  
cū remota omni fallaci & inani gloria pro-  
pter solum Deum, qui cōrdis secreta inspi-  
rit, ieiunare, orare, eleemosynam facere mo-  
nebat. Ecce qualiter vitulum, hoc est carnem  
nā immolare debes. Hos vitulos multi post  
Christi passionem super altare dei, hoc est su-  
per crucem imponunt: quoniam multi, car-  
nis delicijs spretis, carnem suam cu m vitijs  
crucifigere satagunt: multi vestigia Christi se-  
qui conantur, & ad illius exemplum corpora  
sua cruciatibus & mortibus tradunt pro amo-  
re illius, quem admodum ille vitam suam pro  
nobis omnibus posuit. Tu ergo, qui liberè per  
vitia tanquam vitulus saliens discurristi, qui à  
carne

carne tua omne subiectionis & afflictionis iugum excusisti, impone tunc vitulum super altare Christi, hoc est, super crucem. Ad Christi exemplum afflige carnem tuam ieunijs, flagellis, vigilijs, peregrinationibus, quemad modum ille pro te ieunauit, flagellatus est, vigilauit, peregrinatus est. Si non potes virginitatē servare, duc uxorem si virginitatē non permisisti. Si nō audes omnia pauperib⁹ distribueris, saltem de eo, quod superest, fac elemosynam. Si non potes holocaustum facere, fac oblationem: quia postquam Deus benignè fecit in bona voluntate sua Sion, iam Deus acceptat oblationes sicut holocausta: quia cuiuslibet illorum sacrificiorum (modò illud recte factum fuerit) tribuet gloriam semperiternam, per merita Iesu Christi filij eius: qui cum illo & cum spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum Amen.

Laus Deo.

etiam quod non solum in aliis sed etiam in aliis locis  
est. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis. Quod si ergo non est in aliis locis, non est in aliis  
locis.

• • •

• • •

# S I N D E X

## RERVM NOTABILIVM

Q V A E I N H O C O P V-

Iculo continentur, in quo primus  
numerus folium, secundus vero

pagina de  
signat.

### A



DAM collocauit Deus post pec-  
catum ante paradisam ad maio-  
rem utilitatem eius. Fo.58.pa.1.

Adam peccante, vitam animæ &  
vitam corporis amisit: ista tamen duo mo-  
riente Christo, & resurgente, recuperau-  
imus. fo.125.pa.2.in fin.

Aduentus visibilis dñi duplex est: in primo  
ostendit suam misericordiam: in secundo  
ostendit suam iustitiam. fo.134.pa.1.

Amicorum lex est, ut eadem ament, & eadē  
etiam odio habeant. fo.81.pag.2.

Angelus seipsum amavit velut alter Narcis-  
sus. fo 87.pa.2

Anima nostra in carne posita nauiculæ in a-  
qua comparatur, fo.83.pa.2.

Aia à carne infirmitatē suā trahit. f.84.pa.2

# INDEX

- Anima in gratia maximam habet pulchritudinem. fo. 87. pa. 2.  
Animæ solummodo glorificantur ante iudicium: possidebit tamen homo duplia vestimenta post iudicium. fo. 95. pa. 2.  
Animalia minuta: locusta, bruchus, rubigo, & eruca, quid significant ponitur. f. 12. pa. 2.  
Appetitus siue bonus siue malus radici arboris comparatur. fo. 143. pa. 1.  
Argumentū quod totius operis est summa, luci cōparatur. fo. 6. pag. 2.  
Avaritia pulueri comparatur. fol. 45. pa. 2.  
Auditus nomine in sacra scriptura aliquando obedientia denotatur. fo. 93. p. 2.

## B

- B**aptismi sacramentum non est iterabile: cūm sit quasi quædam Christi figura. fo. 86. pag. 2.  
Beatorum corda sibi inuicem sunt manifesta. fo. 175. p. a. 1.

Beneficia peccatori collata arguunt ipsum in gratitudinibus: vt tantò indignior sit venia, quantò maiora fuerunt. fo. 22. pa. 1.

Beneficia Dei soli comparātur: quia aliquos emolliunt, alios verò indurant. fo. 131. pa. 4.

## C

- C**acus multa in eommoda sustinet. fo. 17. pa. 2.

Care-

# INDEX

- Cæremoniæ veteris legis non emundabant animam. fo.86.p.a.i.
- Cain, ut multi censent, usq; ad septem genitores fuit expectatus ad poenitentiā. f.34. p.i
- Canis comparatur peccator, qui non sint aliū canem lingere vulnera sua. fo.56.p.i.
- Caro nostra propter peccatum suscepit maledictionē, germinādi spinas & tribulos. f.11.p.i
- Caro in servitutem est redigenda, non tamen extinguenda. fo.186.pag.i.
- Caro in sacra scriptura aliquando ipsam nudam substantiam aliquando vitium illius significat. fo.144.p.a.i.
- Carnis deliciæ pici comparantur. fo.46. pa.i.
- Carnis concupiscētia quodāmodo minuit iudicij & vim intellectuā hebetat. f.74. p.2
- Carnis motus canium latratibus comparatur. fo.46.p.a.i.
- Charitas patriæ auro mundo comparatur. fo. lio.59.pag.2.
- Charitas igni comparatur, quia habet virtutem innouandi. fo.113.p.a.2.
- Charitas auro comparatur. fo.173.pag.1.
- Charitatis præceptum cur nouum dicatur declaratur. folio.116. pagin.2.
- Christus saluator Christus medicus, qui dat salutem regibus. fo.148.p.i
- Christus triginta trium annorū vel paulò am

# I N D E X.

- plius erat, quando mortuus est. fo. 183. pa. 1.  
Christus est altare, & fuit figuratum in altari,  
quod precepit Deus fieri de terra. f. 185. p. 2.  
Christi meritis opera hominū sunt accepta,  
quæ alias non essent accepta. fo. 186. pag. 2.  
Christum induere quid sit, dicitur. fo. 117. pa. 2.  
Ciuitatis supernæ structura describitur. fol.  
172. pagin. 1. cum sequent.  
Cognitio peccatorum omnino est necessaria  
peccatori. fol. 51. pag. 2.  
Confessio est dux in pugna poenitentis, con-  
tra peccata. fo. 100. p. 2. in fi.  
Conscientia hominis facies eius dicitur, quia  
per illam ab omnipotenti Deo cognosci-  
tur. fo. 119. pagina. 2.  
Contradic̄tio vires operantis minuit. fol. 74  
pagi. 1.  
Contra, præpositio multipliciter sumitur.  
folio. 56. pag. 2.  
Cor hominis mari profundo comparatur.  
folio. 50. pag. 1.  
Cor contritum comparatur aromatibus ni-  
mium fractis, & comminutis, quæ multū  
redolent. fo. 168. p. 1.  
Cordis nostri immunditi am sicut aquam ef-  
fundere debemus: sunt tamen multi, qui in  
confessione non sic faciunt. fo. 180. pagin. 1.  
Cryſtallus super capita animaliū vīſa christū  
figura

# IN D E X.

figurauit, in quo pulchritudo misericordie  
& horror iustitiae inuenitur. fo.122. pag.1.

## D

**D**Auid coram se peccatum suum ha-  
buit, ut magis ac magis illius pœni-  
teret. fol.57. pag.1.

Dauid prophetauit de omnibus pertinenti-  
bus ad humani generis redemptionem. fo-  
lio.92. pag.1.

Dauid correctus non murmurauit, sed patien-  
ter tulit. fol.94. pag.2.

Dauid initium bonorum suorum tribuit Deo,  
& perseverantiam in illis. fo.130. pa.1.

Dauidis historia extensè ponitur. fo.7. pa.1.

Dauidis peccatum non solum fuit magnum,  
verum etiam multiplex. fo.26. &.27.

Debitum peccati quare dicitur infinitum.  
folio.159. pag.2.

Deliciæ mundanæ liquori comparatur. fo-  
lio.45. pag.2.

Deus noster ut peccatoris misereatur, legis ta-  
bulas frangit. fo.23. pag.1.

Deus infinitus est, & omne quod in Deo est,  
infinitum est. fol.24. pa.2.

Deus noster non solum peccata dimittit, sed  
etiam simul multa donari attribuit. fo.42. p.1.

Deus noster iustus ac omnipotens est, & ideo  
peccata impunita non dimitte. folio.65.

# INDEX.

- pa.2.& fo.8. pagi.2.  
**D**eus noster tātō magis peccatorum recorda  
tur vt puniat, quantō magis peccatorum il  
lorum obliuiscitur. folio.94. pag.2.  
**D**eus noster cūn. sit mundissimus, mundum  
cor, mundum templum, mundum hospitū  
requirit. fol.107. pagina.1.  
**D**eus noster speculo comparatur: quia sine va  
riatione sui talem reddit faciem, qualis est  
ea, quæ sibi, obijcitur. foli.121. &. 122.  
**D**eus noster benignē & benignissimē nobis  
cum agere decreuit. fol.179. pa.1. &. 2.  
**D**ifferentia inter iniquitatem & peccatū de  
scribitur. fol.46. pagin. 2.  
**D**ifferentia magna est inter sacramenta expia  
tionis veteris legis, & baptismum seu poen  
tentiam. fo.84. pa.1.  
**D**ilectio vt lata & ampla sit ad amicum & ini  
micum debet se extendere. fo.175. p.1.  
**D**iuitiæ veræ sunt virtutes, & hoc auarorum  
testimonio. fol.16. pa.1. &. 2.  
**D**iuitiæ veræ non sunt terrenæ. fo.15. pag. 2.  
**D**onum sapientiæ & donum scientiæ, quid  
sit ponitur. fol.133. pag.1. &. 2.

## E

- E**cclæsia militans nō erit sine macula &  
ruga. foli.105. pagin. 1.  
**E**cclæsia præsens lapidicinæ cōparatur,  
ex qua

# INDEX.

- E**x qua sumuntur lapides ad ædificationem murorum ciuitatis supernæ. fo.172.pag.1.  
**E**cclæsia militans aurum est, non tamen plenè purgatum. fo.173.pagina.2.  
**E**ffectus peccati aliquando in sacra scriptura vocatur peccatum, sicut scriptura alicuius scribæ vocatur manus. fo.72.pag.1.  
**E**ffectus multotiens appellatur nomine suæ causæ: sicut peccatum dicimus sanguinē, quia à sanguine, id est carnis appetitu est. f.145.p.1.  
**E**rrot Aerij circa nuptias redarguitur. folio.70.pag.1.  
**E**rrot Pelagi circa originale peccatum prosternitur. fol.71.pagin.1.  
**E**rrot Armenorum circa remissionem peccatum in spiritu sanctum destruitur. fo.75.p.1.&c.2.  
**E**rrot Lutheri circa poenitentiam, destruitur. folio.100.pag.1.  
**E**rrot Ebionis. & Cherinti circa sacrificia veteris legis confunditur. folio.163.pa.1.
- F**
- F**acies aliquando sumitur pro ira. folio.98.pagin.1.  
**F**acies Dei nostri duplex est, alia iustitiae, alia misericordiæ. fol.119.pag.2.  
**F**ides aliquando denotatur per auditum in sacra scriptura. fol.91.pag.2.  
**F**igura malorum aliquando est bonus vir ut Job percus-

# I N D E X.

- percussus, & mala aliquādo sunt figura bonorum. foli.20.pag.1.  
Figura statuꝝ, quam in somno vidit Nabuchodonosor declaratur. fol.58.p.2.  
Figura fuerunt baptisimi illa, quæ contigerunt filijs Israel trāseuntibus mare rubrum. foli.84.pag.2.  
Figura fuerunt illa, quæ in mūdatione leproſi fiebant mortis Christi & redēptionis generis humani. fol.88.pag.1.&.2.  
Figura de seruo hebræo spōtel libertatem reijciente declaratur. fol.94. pagina.1.  
Figura fuit Iosue pugnans contra Amalech, poenitentis peccantis contra vitia & peccata. fol.100.pag.2.  
Figura fuit Pharao cū omni exercitu suo suffocatus in mari, & leprosus, qui iuxta legē tenebatur omnes radere capillos, & præceptum datum Sauli vt demoliretur Amalech, & omnia quæ habebat poenitentis, quia omnium peccatorum tenetur agere poenitentiam. fo.101.&.102.  
Figura fuit Iudas Machabæus veri poenitentis, qui plenē mundat templū animæ suæ. folio.108.pag.2.  
Figura filiorum Israel in captiuitate & in labore lutis, & lateris positorum declaratur de genere humano. fol.172.p.1.  
Figura

# INDEX.

Figura fuit vacca quæ comburebatur in sacri  
ficio, domini nostri Iesu Christi, qui in ara  
crucis se obtulit Deo patri. folio  
160. pagina. 1. & 2.

Figura fuit turtur, & quæ circa ipsam faciebat,  
peccatoris contriti, & totaliter ad Deum con-  
uersi. folio. 169. pagin. 1.

Flemus cum ex utero matris emergimus, du-  
plici ex causa. folio. 126. pagin. 1.

Flos agri in multis periculis est posita. fo-  
lio. 130. pagin. 2.

Franciscus ordinis minorum fundator tribuit  
misericordia diuinæ quod Socrates Philo-  
sophus philosophiæ. folio. 31. pa. 11

Fruulis ac futilibus excusationibus peccata  
palliente, similes sunt Adæ facienti sibi pe-  
rizomata. fol. 54. pag. 1.

## G

**G**ratiam sacramentorum designauit  
aqua quæ ex Christi latere exiuit.  
fol. 162. pa. 1.

Gratia seu charitas est cibus animæ, & omnis  
virtuti saporem in se continet, prout facie-  
bat manna. foli. 85. pagin. 2.

Gratia est triplex, præueniens, cooperans, &  
perficiens. foli. 103. pag. 2.

Gaudia huius mundi sunt vanæ. fo-  
lio. 125. prgin. 1.

Holo-

I N D E X.

H

- H**olocaustum est oblatio seu sacrificium non tamen econuerso. fo.183.p.1.  
 Holocausta offerunt aliqui, alij tñ offreunt oblationem seu sacrificium. fo.183.  
 pagina.1.&.2.  
**H**olocaustorum triagenera declarantur, scilicet bouis, arietis, & hirci. fo.184. pag.1.  
**H**omo spiritu sancto indiget, ut in bonum dirigatur. folio.iii.pagin.1.  
**H**omo siue iustus siue peccator arbori comparatur, fol.142.pag.2.  
**H**omo peccando minus culpabilis fuit quam angelus. fo.76.pa.1.  
**H**omini omnia seruiunt etiam angeli. fo.110. pag.1.

I

- I**Ebusæus non potuit extirpari, Deo ita disponente, ad exercitium filiorum Israël. fo.147.pa.2.  
**I**ntellectus est pars non parua liberi arbitrij, folio.75.pag.2.  
**I**ustus quicunque non securus viuat, sed semper cadere meruat. folio.9.pag.1.  
**I**usti varijs gressibus incedunt in via Dei. folio.112.pagin.2.  
**I**ustitia Dei fluvius igneus est. folio.120.pagina.1.

Labia

# INDEX.

## L

**L**Abia peccatorum aperta sunt ad malū,  
non tamen ad bonū. fol.150.pag.2.

Laudari non vult Deus ab ipsis peccato-  
ribus,& multa alia laudum Dei nostri. fo-  
lio.152.pag.1.cum sequenti.

Lepori abscondenti caput in dumeto, cōpa-  
ratur peccator. fol.66.pa.1.

Leproso comparatur peccator. fo.47. pag.1.

Lætari non possunt de beneficijs per Christū  
collatis quæ illa non credunt. fol.128.  
pagi.2.in fi.

Lætitiam in seipso experitur poenitens post  
integram peccatorum confessionem,& se  
exoneratum graui pondere. fol.  
lio.129.pag.2.

Libertas humani generis per Christum data  
est. folio.126. pagina.1.

Libido multorum malorum est causa. fo-  
lio.8.pag.2.

Luētus dolor & tristitia peccatoris augetur  
ex cōsideratione bonorum quæ perdidit.  
folio.57.pagin.1.

Lucifer captiuū tens genuens humanū cōpa-  
ratur quibusdam animalibus,quæ sic con-  
stringunt aliquid intra se inclusum, quod  
sine fractione nō dimittant.fo.127.p.1.&2.

Luto comparatur homo. fo.76.pag.1.  
Macu-

# INDEX.

## M

**M**Aculare possunt tria, fumus, puluis,  
& liquor. fo.44.pa.1.&.2.

Mentes iustorum non mundæ repe-  
rientur, si Deus illos remoti pietate iudica-  
re voluerit. fol.178.pagin.2.

Meritum nostrum meritum de condigno ap-  
pellatur. fol.25.pa.1.

Misericordia Dei ad se relata, infinita est, ad  
opera tamen relata parua, vel magna dici-  
tur. fo.23.p.2.

Misericordia dei lata longa est & profunda.  
folio.24.pag.1.

Misericordia Dei vnde nos circundat. fo-  
lio.26.pag.1.

Misericordia Dei vbiique resplendet. fo-  
lio.27.pag.1.&.2.

Misericordia Dei magna est in creatione crea-  
turarum ad hominis vtilitatem, & in assump-  
tione humanitatis, & in hoc q̄ à peccato  
nos defendit, & in hoc quod pro peccatis  
poenas debitas non statim exigit. fo-  
lio.27.cum sequentibus.

Misericordia Dei abutuntur peccatores. fo-  
lio.35.pag.1.

Misericordia Dei non impeditur longæuita-  
te peccatorum. foli.41.pa.1.

Misericors Deus mouet peccatorem ad poe-  
nitentiam

# I N D E X

- nitentiam, & donat illi gratiam post ipsam  
poenitentiam. folio. 36. cum sequentibus.  
**M**oyses ut populo parceret tabulas legis fre-  
git. fo. 22. p. 2  
**M**orbum ignorans proprium non quæret  
mædicorum auxilium. fo. 50. pa. 1.  
**M**orte Christi iugū legis fuit sublatū. f. 21. p. 2.  
**M**ortis & nativitatis cōsideratio multū iuuat  
ad superbiā reprimendā. fo. 170. pag. 2.  
**M**undanæ felicitates nomine equi signifi-  
cantur. folio. 148. pag. 2:

## N

- N**ecessariū & æternum est, quicquid  
in deo est. fo. 158. p. 2.  
Numerus denarius perseueratitiam  
in bono significat. fo. 130. & 131.

## O

- O**bedientia melior est quam victi-  
ma. fo. 167. pag. 2.  
Occasio peccati portalata est p quā  
peccatum ipsum ingreditur. fo. 94. pa. 1.  
**O**ciositas multorum malorum est occasio ut  
patet in Dauide. fo. 74. p. 1.  
**O**culi domini cuncta prospiciunt, & ideo o-  
portet peccatorem ipsum timere, & ipsum  
reuereri. fo. 65. pa. 2.  
**O**rganū animæ nostræ est corpus, quia ipso  
tanquam instrumento laudat Deū. fo. 153. p. 1.

# I N D E X.

## P

**P**assio Christi, quando passus est, fuit accepta à deo in voluntate, non tamen in præmij retributione tunc illi redita. fo.182.pag.2.

Pauci sunt qui de diuina misericordia confidant, vt Cain & Iudas, multi tamen, qui iustitiæ illius oblitus suntur. fo.140.p.1.

Peccator exemplo Dauidis nunquam de dei misericordia diffidat, propter quæcunque scelera. fo.9.pag.1.

Peccator est pauper cæcus & nudus. f.15.pa.1.

Peccator ad misericordiā dei tanq ad Asylū confugere debet. fo.21.pag.2.

Peccator suis viribus à peccato resurgere non potest. fo.37.pa.1.

Peccator cōparatur imagini reluenti in speculo. fo.38.p.1.

Peccator phrenetico comparatur. f.51.pa.1.

Peccator priùs in se puniat peccata sua , vt Deus nō puniat. fo.78.pag.2.in fi.

Peccatoris expectatio ad pœnitentiā si non cōuertat, maioris supplicij erit causa. f.13.p.2

Peccatoris intellectus, memoria, & voluntas, impediuntur ne exeant in actus suos respectu dei. fo.167.pa.2.

Peccatores currere debent in odorem vnguentorum Christi. fo.140.pag.2.

Peccatum

# INDEX

- Peccatum vnum impellit ad alterum, vt flu-  
ctus in aqua excitat alterum. fo.29.pa.2.
- Peccatum in spiritum sanctum quid sit decla-  
ratur. fo.42.pag.1.&f.124.p.2.
- Peccatum animam maculat. fo.44.pa.1.
- Peccatum est velut quoddam mendacium.  
fo.81.pa.2.
- Peccatum in triplici differentia cōsistit, quia  
aut ignorantia aut infirmitate aut mali-  
tia. fo.102 pa.1
- Peccatum post actum peccati nihil aliud est  
pr̄ter obligationem ad æternam pœnam.  
fo.158.pag.2.
- Peccati originalis effectus seu incōmoda &  
pœnæ quæ ex ipso peccato nobis venerūt,  
ponuntur. fol.72.pa.1. & fol.77.pagin.1.
- Peccata sua & vitia s̄epe peccatores dicūt esse  
virtutes. fol.52.pa.1.
- Peccatorum remissio potest esse sine infusio-  
ne gratiæ. fol.39.pag.2
- Peccatorum remissio & multa alia occulta e-  
rant antiquis. fol.80.&.81.
- Perfectorum opera ac etiam illorū opera qui  
nō sunt tam perfecti acceptat Deus, figura  
huius est in Loth fugiente incendium So-  
domæ. fol.184.pag.2.
- Perseuerare debent boni in bona vita ince-  
pta. fo.180.pag.2.

# INDEX

- Perseuerantia & firmitas in bono æquè donū  
dei est, sicut boni operis initiū. fo. 130. pa. 2.
- Plumis comparantur omnes corporis dotes  
& gratię. f. 170. pa. L
- Pœnitēs graues hostes. i. grauia peccata prius  
aggrediatur: quoniā his superatis, faciliter  
aliorū victoriam habebit. fo. 102. pa. 2.
- Pœnitentia conuenienter comparatur iubi-  
lao. folio. 10. pag. 2.
- Pœnitentia adueniente, bona perdita recupe-  
rantur. fo. 10. pa. 2.
- Pœnitentia nō erit fructuosa sine spe venia.  
fo. 38. 39.
- Pœnitentia de lentur peccata quanuis grauiæ  
sint. fo. 87. pag. 1.
- Possessio nostra est vita æterna. fo. 12. pa. 1.
- Possessio nostra est quodlibet opus bonum.  
fo. 12. pag. 1.
- Possessio nostra adueniente peccato à paruis  
animalibus destruitur. fo. 12. pa. 2.
- Præcepta Dei possumus faciliter seruare. fo.  
165. pa. 2.
- Prædicatores laudabiliter possunt appetere  
officium prædicationis. fo. 112. pa. 2.
- Prædicatores in tubis argenti eis figurati sunt.  
fo. 141. pa. 2.
- Prædicatorum conditiones ponuntur. fo. 133.  
pag. 1. cum sequentibus.

Prælatus

# INDEX

Prælatus ad salutem subditi magis quam ad obseruantiam legis & statutorum attende re debet. fo.23.pag.1

Presentiam domini peccator timere deberet, ut sic se abstineret à peccatis. fo.65.p.1 et 2.

Psalmus quinquagesimus iuxta mysticā significationem tali numero est collocatus. fol.10.pa.1.

Puer cum baculo Heliæ Moysēm cum terrore legis significauit. Et Heliæus significa uit Christum. fol.162.pa.2.

Putei quos foderat Isaac sacram scripturam representant. fo.106.pag.2.

**Q** Vinquagesimus numerus remissioni peccatorum est cōsecratus. fol.10.pa.1. & 2.

**R** Adix montis, in quo tabulae legis fractæ sunt, corpus Christi cū sit infima illius substantia figurauit. fo.23.p.2

Reprehēsiones vitiorum lapidibus missis cōtra aliquem comparantur. fo.138.pag.1.

Repugnantia carnis data est nobis ut semper habere mus materiam exercendæ virtutis. fol.147.pag.1.

Resurrectionis domini festiuitatem expectat peccatores, ut tanquam canes ad vomitū reuertantur. fo.131.pa.2

# INDEX.

## S

- S**acrificium quomodo vult Deus. s. cor  
contritum diuitibus & pauperibus  
est commune. fo. 165. pa. 2. cū sequen.  
Sacrificium laudis deo offert qui à terrenis vi-  
tijs elōgatus Deū laudat, propter potentia,  
sapiētiā, pietatē, liberalitatem. fo. 181. pa. 2  
Sacrificium iustitiæ fuit Christi passio quia  
Christus moriens satisfecit ad equalitatem  
iustitiæ. fo. 182. pa. 2  
Sacrificia veteris legis non proficiebant ad sa-  
lutem animæ. fo. 157. pag. 2. cum sequen.  
vbi multa de sacrificijs.  
Sanguinis noīe peccatū significatur. fo. 93. pa  
gi. 2. in fine.  
Sanguis Christi oleo comparatur. f. 127. pa. 2.  
Sanguinis nomine appetitus carnis significa-  
tur. fo. 144. pagin. 1.  
Scriptura sacra propter nostrum cōmodum  
aliorum peccata & poenitentiā commemo-  
rat. folio. 9. pag. 1.  
Scriptura sacra à Iudæis literaliter intellecta  
à nobis tñ spūaliter representatur in Moy  
se & Fiscella & in filia Pharaonis ipsum  
Moysēm à Fiscella excludēt. fo. 80. pag. 1.  
Scriptura sacra sub eodem cortice literæ ha-  
bet non solū varias sed etiam contrarias si-  
gnificationes. fo. 118. pa. 1. & 2.  
Signa

# I N D E X

- Signa veræ cognitionis & contritionis pecca  
torum patent. fo.54.pag.2.
- Singularis numerus pro plurali & econuerso  
sumitur in sacra scriptura. fol.71. pagin.2.
- Sordes peccatorum non quolibet dolore aut  
qualibet lachrymarum effusione abluun-  
tur. fo.47.p.1
- Spiritu sancto consecrata est remissio pecca  
torum. fo.89. pag.2.
- Spū sancto veniēte in aīa omnia innouātur,  
nouæ cogitationes, nouæ affectiones, no-  
ua verba & opera, & nouus homo. f.ii4.p.1
- Spū sanctus cū alicui datur, non tantū datur  
ad vtilitatē ipsius recipientis, sed etiam ad  
multorum vtilitatem. fol.133. pag.1.
- Statera in sensu mystico rationem represen-  
tat. fol.82. pagin.2.
- Superbus locustē cōparatur. fo.13. pa.2
- Superbiæ vitium denigrat faciem animæ be-  
ne operantis. fo.44. pag.2
- Suscitauit Christus tres mortuos, significās su  
scitationem spiritualem peccatoris. fol.  
40. pa.2.

## T

**T**esta qua Iob saniem radebat Christi  
corpus significabat. fol.20. pagina.2.

Titulus præstat psalmo quod argumentum,

BB 4 præstat

# I N D E X

- præeat alijs operibus. folio.6.pag.2  
 Titulus in finem positus aliquibus psalmis de  
     claratur. fo.10.pa.1.  
 Tribulationes huius vitæ seu flagella nuncij  
     sunt futuræ consolationis. fo.18.19.  
 Tristitia quæ lætitiam sequitur acerbior est.  
     fol.130.pa.1.

## V

- V**AIA crimina vitia seu peccata, varias  
     petunt correctiones. fo.75.p.1  
 Varij sunt viuendi modi, alius ex e-  
     questri militia. fol.157. pa.1.  
 VELUM super faciem Moysi positum quid si  
     gnificet. fo.80.p.2.  
 VENIA tantummodo denegatur obstinato & dif-  
     fidenti de misericordia Dei. fo.131.p.2  
 VETUS sæpe significat in sacra scriptura dëmo-  
     nis temptationem. fo.130.pa.1.  
 VERBA quæ quis loquitur speculo cōparatur,  
     quia in ipsis verbis potest vita ipsius consi-  
     derari. fol.151.pag.2.  
 VERITATIS nomen duplicem habet significatio-  
     nem. fo.78.pa.1.  
 VIA certissima ad salutem spiritualem recupe-  
     randam est confessio peccatorum ut in Pe-  
     tro, Magdalena. &c. fol.31.32.  
 VIÆ domini sunt actiones seu opera eius. fo.  
     134.pa.1.

# INDEX.

- V**iæ domini rectæ & pulchræ, in principio tamen duræ & difficiles. fo.135.pa.1.  
**V**iæ malorum difficiles, & tenebrosæ, & nouissima earum ducunt ad mortem. folio.13.pag.1.  
**V**irtutes sunt animæ robur quemadmodum ossa cor. fo.96.pag.1.  
**V**irtutes humiliantur adueniente peccato, in patria tamen habebunt fortitudinem. folio.96.pagin.1.  
**V**irtus vera est illa quæ in tentatione non succubuit. foli.14.pag.1.  
**V**isio Ezechielis quādo vidit quatuor anima lia declaratur de quolibet iusto. fo.111.pa.2.  
**V**ita hominis bona est, si sit secundum spiritum, mala autem, si sit secundum carnem. folio.144.pag.1.  
**V**ita præsens multum differt à vita cœlesti. folio.157.pag.1.  
**V**ita præsens lapidinæ comparatur, in qua malleus tribulationis auditur. fo.177.pa.2.  
**V**ita peccatoris testatur quid ipse amet. folio.151.pagina.2.  
**V**itulus qui subiectionem nescit libertatem beatorum significat. folio.185.pa.1.  
**V**itulo comparatur caro nostra. fo.185.pa.2.  
**V**nguēta quæ fracto alabastro corporis Christi odorem dederunt sunt misericordia &

# INDEX.

- iustitia. fol. 140. pag. 1.  
Voluntas s̄ēpē ad se trahit iudicium rationis  
ita ut sit ignorans omnis malus. folio  
19. pa. 1. & fo. 51. pag. 2. in fin.
- Volūtas Dei vnicā est, licet respectu effectuū  
multiplex dicatur. folio. 27. pag. 1.
- Voluptuosī testæ comparantur. fo. 60. pa. 1.
- Vrias erat dignus. præmio & non mortis sup  
plicio. folio. 8. pa. 2.

¶ Deo gratias.

# INDEX

## OMNIVM AV-

### THORITATVM SA-

cræ scripturæ quæ in hoc opere ab  
auctore citantur & ab eo diligē  
ter exponuntur .

## GENESIS.

- ca. **N** monte saluum te fac:ne tu si-  
mul pegeas. fo.184.pagi.1.  
19. **P**uteos quos foderat serui Abra-  
hā impleuerunt humo Pale  
stini. folio.106.pagi.1.  
26 **Exodi.**  
31 Non em me respicit sicut heri & nudiuster  
tius.fo.98.p.2. Exodi.  
1 **S** Eruiebat populus in palea,luto & la-  
tere. folio.12.pagan.1.  
2 **M** Pharaonis filia Moysen ēfiscella ex-  
clusit. fo.80.pagan.1.  
4 **E**go obdurabo cor Pharaonis. fo.35. pa.1.  
8 **V**enit musca grauissima in domo Pharao-  
nis. fol.71.pagi.2.  
**P**harao cū omni exercitu suo submersus est  
in mari. fo.101.pagi.2.  
17 **E**go delebo memoriam Amalech de sub  
cælo. folio.100.pa.2.  
20 **A**ltare de terra facietis mihi. fo.185. pa.1.  
Auris

# INDEX

- 21 Auris serui hebraei perforabitur subula. folio. 94. pag. 2.  
Leuitici.
- 1 **O** Blatio turturis holocaustum est,  
& oblatio suauissimi odoris domino. folio. 168. pa. 2.
- 1 Detracta pelle hostiæ artus in frusta con-  
cident. folio. 186. pag. 1.
- 13 Leprosus iuxta legem mundandus om-  
nes tenebatur radere capillos. fo. 101. p. 2.
- 13 Leprosus tenebatur habere os veste conte-  
ctum. fol. 152. pagina. 1.
- 14 Leprosus qui volebat purificari, teneba-  
tur offerre duos passerres. fo. 88. p. 1.
- 18 Si quis verò sanguinem comedelerit, ob-  
firmabo faciem meam contra animam  
illius. fo. 144. pa. 2.
- 13 Et ego dedi illum vobis ut super altari  
meo expietis pro animabus vestris. fo-  
lio. 148. pag. 1.
- 25 Sanctificabis annum quinquagesim. & vo-  
cabis remissionem cunctis habitatoribus ter-  
rae suæ. foli. 10. pa. 2.
- 27 Omnes decimæ terræ siue de frugibus si-  
ue de pomis arborum domini sunt. fo-  
lio. 130. pag. 2.
- 32 Videns vitulū & choros iratusq; valde pro-  
iecit de manu tabulas, & confregit ad radi-  
dicem

# I N D E X.

dicem montis. folio.22. pagin. 2.

## Numeri.

**F** Actibi duas tubas argenteas ductiles.  
folio.141.pag.2.

**F** Præcipit filijs Israël ut adducant ad te  
vaccam russam. folio.160.pag.2.

## Deuteronomij.

**C** Vt stodite ergo verba pacti huius, &  
implete ea, ut intelligatis vniuersa  
quæ facitis. foli.106.pa.1.

**M** Mandatum hoc quod ego præcipio tibi  
hodie non suprate est. fol.166.pa.1.  
Iosue.

**S** Vper altare scripsit Iosue deuterono-  
mium legis Moysi. folio.185.pagina.2.

**I** Iubus ætus nunquam fuit extirpatus. folio.147.pag.1.

## I. Regum.

**I** N filiet in te spiritus domini, & mutabe-  
ris in virum alterum. fo.116.pag.1.

**P** Peccavi, sed nunc honorame coram se-  
nioribus populi mei. fol.55.pagin.1.

**S** Sauli aduersus Amalech pugnati præcepit  
Deus ut demoliretur vniuersa eius. fo-  
lio.101.102.

**M** Melior est obedientia quam victimæ. fo-  
lio.167.pag.2.

Homo

# INDEX.

io Homo enim videt ea quæ patēt, dominus  
autem intuetur cor. fo. 66. pagin. 2.

## III. Regum.

4 **H** Elisæus non venisset si baculo suo  
filius viduæ fuisset suscitatus. fo.  
lio. 162. pagin. 2.

## Hester.

15 **V** Alde eñ mirabilis es dñe & facies  
tuaplena est gratiarū. fo. 120. p. 2.  
Job.

2 **T** Eſta ſaniem radebat ſedens in ſter-  
quilinio. folio. 20. pagin. 2.

2 **S** ibona ſuſcepimus de manu domi-  
ni, mala autem quare non ſuſtineamus?  
folio. 28. pag. 2.

6 Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec  
caro mea q̄nea eſt. fo. 76. pag. 2.

9 Si lotus fuerō quaſi aquis niuis. folio  
49. pagin. 1.

9 Verebar omnia opera mea, ſciēſ q̄ nō par-  
ceres delinquenti. fo. 78. pa. 2.

10 Memento quæſo quòd ſicut lutum feceris  
me. folio. 75. pagi. 2.

11 Si iniquitatēm quæ eſt in manu tua abſtu-  
leris à te. folio. 46. pagin. 2.

14 Lignum habet ſpem ſi preciſum fuerit, rur-  
ſum virescere fo. 142. pagi. 1.

20 Cùm dulce fuerit malum; neius, ab-  
ſcondi

# I N D E X.

- scondet illud sub lingua sua. fo.52. pag.2.  
 22 Si reuersus fueris ad omnipotentem ædifi  
caberis. folio.42.pagen.1.  
 25 Deus molliuit, cor meum & omnipotens  
conturbauit me. folio.38.página.1.  
 24 Dedit ei Deus locum poenitentiae, & ille  
abutitur eo in superbia. fol.35.pa.1.  
 24 Vsq; ad inferos peccatum illius. Obluiscar  
tur illius misericordia. fo.123.pag.2.  
 25 A facie ipsius turbatus sum: & considerans  
cū timore solicitor. fol 119.pagen.1.  
 25 Ecce luna nō splendet, & stelle nō sunt mu  
dæ in conspectu eius. fo.178. pag.2.  
 31 Si osculatus sum manum meam ore meo.  
folio.156.pagen.1.  
 40 Circundabunt eum salices torrentis. fo  
lio.152.pag.2.

## Psalterij.

- 3      **D**omihi est salus. fo.49. pa.1.  
 7      Scrutans corda & renes Deus. fo  
lio.66.página.1.  
 11 Propter miseriā inopum & gemitum  
pauperum nunc exurgam. folio  
126.página.2.  
 17 Ignis à facie eius exarsit, carbones succen  
si sunt ab eo. fol.92.pagen.1.  
 20 Pones eos ut clibanum ignis in tempore  
vultustui. foli.98.página.2.

Vniuer-

# I N D E X.

- 14 Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. folio.133.pag.2.  
 129 Apud dominum misericordia & copiosa apud eum redemptio. fo.29.pag.2.  
 31 Nolite fieri sicut equus & mulus quibus nō est intellectus. fo.100.pa.2.  
 13 Non saluatur rex per multam virtutem: & gigas non saluabitur in multitidine virtutis suæ, fallax equus ad salutem. folio.148.pag.2.  
 34 Omnia ossa mea dicent: quis similis tibi? folio.96.pag.1.  
 37 Corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. folio.51.pag.1.  
 48 Homo cum in honore esset nō intellexit. folio.100.pagin.2.  
 49 Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iusticias meas. fo.152.pag.1.  
 49 Non accipiam de domo tua vitulos. folio.158.pag.1.  
 49 Existimasti inique quod ero tui similis. folio.67.pagina.2.  
 49 Hæc fecisti & tacui. folio.36.pag.2.  
 51 Quid gloriaris in malitia, qui potentes in iniquitate? folio.37.pagi.1.  
 58 Misericordia eius preueniet me. fo.38.p.2.  
 61 Mendaces filij hominum in stateris. folio.82.pagin.2.

Sitiuit

# I N D E X

- 62 Situit in te anima mea, quām multipliciter tibi caro mea. fo.96.pag.2.  
 62 Quoniam melior est misericordia tua sup  
vitas. fol.157.pag.1.  
 65 Holocausta medullata offeram tibi cū  
incenso Atticū. fo.183.pa.2.  
 71 Descendet sicut pluuiā in vellus. fo.92.p.1.  
 71 Ex usuris & iniuitate redimet animas eo  
rum. fo.30.pagin.2.  
 75 Quoniam cogitatio hominiis confitebitur  
tibi, & reliquiae cogitationis. fo.61.p.1.  
 76 Renuit consolai i anima mea. fol.57.pa.2.  
 78 Deus venerunt gentes in hæreditatē tuā.  
folio.109.pa.2.  
 83 Passer inuenit sibi domum. fo.88.p.2.  
 84 Misericordia & veritas obuiauerunt sibi.  
fol.78.pa.1.  
 96 Dominus regnauit exultet terra: letentur  
insulæ multæ. fo.127.pag.2.  
 101 Vigilauit & factus sum sicut passer solita-  
rius. fo.88.pagin.2.  
 103 Qui sanat omnes infirmitates tuas. folio.  
101.pag.2.  
 103 Qui respicit terram & facit eam tremere.  
folio.38.pa.2.  
 115 Ego dixi in excessu meo, omnis homo me  
dax. fo.81.pa.2.  
 118 Beati immaculati in via. fol.105.pagina.1.

# INDEX

- 118 Declinate a me maligni, & scrutabor man  
data dei mei. fo.106.pa.1.  
118 Latum mandatum tuum nimis. folio.  
175.pag.2.  
118 Misericordia tuae multæ dñe. fo.27.pa.2.  
129 Si iniuriantes obseruaueris domine:domi  
ne quis sustinebit? fo.99.p.1  
136 In falcibus in medio eius, suspendimus or  
gana nostra. fo.153.pa.2.  
144 Suavis est dominus vniuersis: & misera  
tiones eius super omnia opera eius. f.27.p.2  
147 Lauda Hierusalem dominum: lauda Deu  
tuū Sion. fo.175 pag.2.

## Prouerbiorum.

- 2 **L**AETANTUR cum male fecerint: & exul  
tant in rebus pessimis. fo.51.pag.1.  
3 **L**HONORA Deum ex tua substantia.  
fo.167.pag.2.  
11 Statera dolosa abominatio est apud Deū:  
& pondus æquum voluntas eius. fo.83.p.2.  
15 Est quasi cū diues nihil habeat: & est qua  
si pœper cū in multis diuitijs sit. fol.16.  
pagina.2.  
18 Iustus in principio accusator est sui. folio.  
78.pa.1.  
19 Abscondit piger manum sub ascella: nec  
ad os suum applicat illā. fo.46.p.2  
20 Mía, & veritas custodiunt, regē. f.78.p.1  
Pondus

# INDEX

- 26 Pondus & pondus , mensura & mensura  
 vrūque abominabile est apud Deum . folio  
 83. pa.1.  
 27 Anima esuriens : etiam amarum pro dulci  
 sumet. fo.51.pa.2.  
 28 Iustus quasi Leo. fo.112.pa.2.  
 31 Omnes domestici eius vestiti sunt dupli-  
 bus. folio.95.pagi.2.

## Ecclesiastes.

- i **Q** Vi apponit scientiam addit & dolorē.  
 fol.57. pagina.1.  
 8 Sunt impij qui ita securi sunt , quasi iusto-  
 rum facta habeant. fol.18.pag.2.  
 10 Labor stultorum affliget eos qui nesciunt  
 ire in ciuitatem. fo.138.p.2.  
 ii Si ceciderit lignum ad austrum , aut aqui-  
 lonem. fo.142.pd.2.

## Canticorum.

- i **C** Virremus in odorem vnguentorū  
 tuorum. fo.140.pagin.1.  
 4 Quām pulchra es amica mea quām  
 pulchra es. fol.47.pag.1.

## Sapientiae.

- 1 **I**n maliuolam animam non introibit sa-  
 pientia. fo.107.pag.1.  
 4 Inconstantia concupiscentiæ transuerit  
 sensum. fo.74.pa.2.  
 5 Lassati sumus in via iniuritatis & peditiōis  
 CC 2 fol.

# INDEX

- fol.139.pa.1.  
7 Sapientia vincit malitiam. fo.24.p.1.  
10 Sapiētia aperuit os niutorum, & linguas  
infantium fecit disertas. fo.154.pa.2.  
Ecclesiastic⁹.
- 2 Ecundum enim magnitudinem illius  
sic & misericordia illius cum ipso  
est. fo.24.pa.1.  
13 Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.  
fo.46.pa.1.  
13 Cor enim hominis, mutat faciem eius. fol.  
98,pag.2.  
15 Non est speciosa laus in ore peccatoris.  
fol.152.pa.1.  
21 Via peccantium complātata lapidibus, &  
in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœ-  
na. fol.139.pag.2.  
36 Sacrificiū salutare est: discedere ab iniui-  
tate. fo.166.pag.1.  
40 Iugum graue super filios Ad.e.fo.72.pa.2  
Eliae.
1. **A** Planta pedis usque ad verticem ca-  
pitis nō est in eo saniitas. f.20. p.1.  
1 Lauamini in iudeis hote, auferite ma-  
lam cogitationum vel traru. Si fuerint pec-  
cata vel tra ut coccium, quasi nix dealba-  
buntur. fo.87.pa.1.  
4 Laude mea infrenabo te ne interreas. fo.10.  
156.pa.

# INDEX

- 156.pa.1.
- 5 Væ qui dicitis bonum malum & malum  
bonum. fol.83.pa.2.
- 5 Deserta in vbertatem versa aduenæ come-  
dent. fo.80.p.1
- 5 Qasi vinculum plaustri peccatum. folio:  
121.pagina.1
- 6 Ece ego domine, mitte me. fo.112.pag.2.
- 33 Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem  
iste in excelsis habitabit. fol.93.pag.2.
- 40 Mensus est pugillo aquas, & cælos pâmo-  
ponderauit. fo.125.pag.2.
- 43 Ego sum qui deleo iniquitates, & memor  
non ero. fo.62.pag.1
- 44 Germinabunt inter herbas sicut falices.  
fo.152.pa.2.
- 49 In terra sua duplicitia possidebunt. fol.96.  
pagina.2.
- 52 Mundamini qui fertis vasa dominii. folio.  
107.pa.1.
- 66 Quæ est ista domus quam ædificatis mi-  
hi? fol.109.pag.1.

## Hieremias.

- 1 .A.A. domine Deus: ecce nescio lo-  
qui. folio.133.pa.1.
- 17 **A** Benedic tus vir qui confidit in do-  
mino, & erit dominus fiducia eius, & erit  
quasi lignum. folio.103.p.2.

# INDEX.

- 50 Effusū estis sicut vituli super herbam. fol.  
186. pa. 1.  
23 Nunquid non] verba mea sunt quasi ignis  
ardens,& quasi malleus conterēs petram?  
fol. 138. pa. 2.

## Threnorum.

- 2 E ffundē sicut aquam cor tuum ante cōspectum domini. fo. 107. pa. 2.  
2 Consurge & lauda in nocte in principio vigiliarum tuarum. fo. 153. p. 2.  
4 Cādidiōres niue, nitidiōres lacte, denigrata est super carbones facies eorum. folio 44.  
pa. 2. &c. 53. pa. 1.

## Ezechielis.

- 1 **A** nimalia illuc gradiebantur vbi erat impetus spiritus. folio. 111. p. 2.  
12 Super capita sanctorum quatuor animalium pennatorum erat aspectus crystalli horribilis. fo. 122. pa. 1.  
2 Fili hominis sta super pedes tuos & loquartecum. fo. 37. pag. 2.  
14 Ego dominus humiliaui lignum sublime & exaltaui lignum humile. fo. 142. pag. 2.  
18 Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis. fo. 99. p. 2.  
36 Dabo vobis cor nouum & spiritum nouū ponam in medio vestri. fo. 84. pa. 2.

## Danielis..

Rex

# INDEX.

- **R** Ex Nabuchodonosor vidit per som-  
nium statuam magnam. fol. 58. pa. 2  
7 Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à  
facie eius. fo. 120. p. 1  
8 Ostia pomarij clausa sunt, nemo nos videt  
folio. 66. pagina. 1.

## Osee.

- 7 **M** Aledictum & mendacium & ho-  
micidium, & periurium & fut-  
tum inundauerunt, & sanguis  
sanguinem tetigit. fo. 30. p. 1. & 145. pag. 2.  
4 Fornicati sunt & non cessauerunt, folio.  
46. pag. 1.  
14 Omne m aufer iniuriam, & accipe bo-  
num, & redde meus vitulos labiorum no-  
strorum. fo. 44. pa. 2.

## Iohelis.

- 2 **R** Eddam vobis annos quos comedit  
locusta bruchus & erugo & eru-  
ga. folio. 13, pagi. 2  
9 Si celauerint se ab oculis meis in profundo  
maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit  
eos. fol. 50. pa. 1.

## Naum.

- 3 **O** MNIS qui viderit resiliet à te;  
folio. 61. pagi. 2.

## Sophoniae.

CC 4 Ambu-

INDEX

i. **M**bulabunt cęci, quia domino pec-  
cauerunt. fo.18.pa.1.

ii. **A** Et erit in tēpore illo scrutabor Hie-  
rusalem in lucernis. fo.67.pagin.1.  
iii. **M**achabeorum.

4. **T**Emplum fuit mundatum per Iudam  
Machabaeum. fol.108.pa.2.  
iv. **M**athazi.

v. **B**Eati mundo corde, quoniā ipsi Deū  
videbunt, fo.104.pa.2.

vi. **P**aluerem de pedibus vestrīs excuti-  
ente. fol.45.pa.2.

vii. **C**onfiteor tibi pater cœli & terræ, quia ab-  
scendisti hęc à sapientibus & prudenti-  
bus. folio.80. pag.1.

viii. **Q**ui cung; dixerit verbum contra filium ho-  
minis remittetur ei. fo.75.pagin.1.

ix. **E**x abundatia cordis os loquitur. fo.151.pa.1.

x. **I**ntrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa  
est ianua. fo.176.pag.1.

Lucæ.

xi. **D**iscede à me, quia homo peccator sum.  
fo.67.pa.11.

xii. **V**idens ciuitatē fleuit super illā. fo.51.pa.2.

xiii. **D**ico vobis quia vidua hęc pauper plusquā  
omnes misit. fo.167.pa.1.

Ioannis.

xv. **T**otum hoīem sanguinem feci in sabbato.  
folio

# INDEX.

- folio.101.pagin.2.  
8 Qui sine peccato est vestrum, primus in il-  
lam lapidem mittat. folio.138.pag.1.  
Epistola Pauli ad Romanos.
- 2 **A** N diuinitatis bonitatis eius & patien-  
tiae, & longanimitatis contem-  
nis? folio.35.pagina.1.
- 2 Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœ-  
nitentiam te adducit? fol.34.pag.2.
- 2 Non est personarum acceptio apud Deū.  
folio.55.pagina.1.
- 3 Iustificati gratis per gratiam Dei. fo-  
lio.104.pagin.1.
- 4 Resurrexit propter iustificationem no-  
stram. folio.132.pa.1.
- 5 Sicut per vnum hominem peccatum in  
hunc mundum intravit. fo.70.pa.2.
- 6 An ignoramus fratres quia quicunque ba-  
tizati sumus in Christo Iesu, in morte ip-  
sius baptizati sumus? folio.86.pa.2.
- 7 Si autem quod nolo malum hoc facio, iam  
non ego operor illud. fo.72.pag.1.
- 7 Non enim quod volo bonum hoc facio. fo-  
lio.72.pag.2.
- 7 Infelix ego homo quis me liberabit de  
corpo mortis huius? fo.146.pagin.2.
- 8 Non sunt condignæ passiones huius seculi  
ad futuram gloriam. fo.178.pag.1.

# INDEX.

Ex epistola Pauli prima ad Corinthios.

- 1 **P**Rædicamus Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. foli.80.pag.1.
- 2 **Q**uis sciti hominem quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est? folio.174.pag.2.
- 3 Nescitis quia templum Dei estis vos & spiritus sanctus habitat in vobis? fo.109.pa.1.
- 10 Patres omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt. fo.84.pag.2.
- 11 Si nos metipos siudicaremus, a domino non iudicaremur. folio.79.pa.1.
- 12 Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. fol.133.pa.1.
- 13 Charitas patiens est benigna est. folio.85,186.
- 13 Videmus nunc per speculum in ænigmate. folio.105,pagin.1.
- 15 Plus omnibus laboravi, non autem ego, sed gratia Dei mecum. folio.103,pag.2.  
Ex epistola Pauli II. ad Corinthios.
- 3 **D**Vm Moyses legitur velamen possum est super cor Iudeorum. folio.80.pag.2.
- 3 Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. folio.10,pagin.1.

Vetera

# INDEX.

- 5 Vetera transferunt, & ecce noua sunt omnia.  
folio.116.pag.1.  
12 Datus est mihi stimulus carnis meæ. fo  
lio.146.pag.2.

## Ex epistola Pauli ad Galatas.

- 1 **C**Vm autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ & vocauit me per gratiam suam. fo  
lio.103.pagin.2.  
2 Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus. fo.117.pa.2.  
4 Illa autem quæ sursum est. fo.172.pa.2.

## Ex epistola Pauli ad Ephesios.

- 4 **R**Enouamini autem spiritu mentis vestrae & induite nouum hominem. folio.117.pagina.1.

## Ex epistola Pauli ad Philippenses.

- 2 **D**EUS est enim qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate. folio  
103.pagina.2.

## Ex epistola Pauli, II.ad Timotheum.

Cum

# INDEX

- C** Vm modestia concipiamus eos qui  
resistunt veritati, ne quādō Deus  
det illis p̄enitentiam ad cognoscendam veritatem. folio.38.pag.2.  
**4** Argue, obsecra, increpa. folio.75. pagin.1.

## Ex epistola Pauli ad Titum.

- 3** **P** Er lavacrum regenerationis & renova-  
tionis quem effudit in nos abun-  
dē. folio.86.pag.1.  
**3** Non ex operibus iustitiae quę fecimus nos.  
folio.149.pagina.1.

## Ex epistola Pauli ad Hebræos.

- H** Orrendum est incidere in manus  
Dei viuentis. fol.79.pag.1.  
**10** **I**mpossibile est enim sanguinetau-  
rorum & hircorum auferri peccata. folio.158.pagina.2.

## Ex epistola Iacobi.

- S** Vperexaltat autem misericordia iudicium.  
folio.25.pagin.2.

Ex epi

# INDEX.

## Ex epistola. I. Ioannis.

- 1 **S**i dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos se ducimus. folio.59.pagin.2.  
2 Omne quod est in mundo est concupiscentia oculorum, aut superbia vitae. folio.44.pagina.1.

## Apocalypsis.

- 1 **F**Acies eius sicut sol. folio.120.pag.2.  
3 **F**Nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. folio.15.pagina.1.  
3 Suadeo tibi emere à me aurum. folio.59.pagina.1.  
21 Ipsa vero ciuitas, aurum mundum. folio.59.pag.1.&.172.pa.2.  
21 Ciuitas in quadro posita est folio.174.pa.2.

¶ Deo gratias.

A D 261

E. *Leibowitz*  
 I. *Leibowitz*  
 S. *Leibowitz*  
 Q. *Leibowitz*  
 A. *Leibowitz*  
 D. *Leibowitz*  
 Y. *Leibowitz*

YD00211111

F. *Neglecting*  
 E. *Neglecting*  
 S. *Neglecting*  
 I. *Neglecting*  
 A. *Neglecting*  
 D. *Neglecting*  
 Y. *Neglecting*

D D 261

S A L M A N T I C A E,

Excudebat Andreas à Portonarijs. S. C.  
Maiestatis Typographus.

1568.

SALMATICAE  
Exemplariae Antiquae et Modernae. C.  
Musicae Typographicae  
8 2 1

23

1968-1970

1968  
mar. 10.  
11/22/68

1968  
11/22/68  
Lester

Q. II. M. G.  
C. I. A. R. E. M. D. C.  
I. S. T. R. A. M. D. C.  
S. I. N. I. T. C. A. S.

I. S. T. R. A. M. D. C.

I. 6. H. fe. ii.

2 b fe. ii.  
5 c fe. iii.  
4 d fe. v.  
5 e fe. vi.

50 d fe. vi.  
31 e fe. vi.  
Dies  
mēsig.





85  
45

4.581